

SCIENTIE DEI! Græcè, *ô profunditas!* etc. *ô profundum!* *ô abyssalem profunditatem!* *patēs, idem ac abyssus. Diciturum, et sapientia, et scientie Dei; Græc. et Syr. hæc tria per copulam se distinguunt.*

Tria itaque negat Apostolus posse penetrari. Primò divitias bonitatis divinae, id est, abundantiam seu magnitudinem divinae misericordiae, gentiliùm primò, deinde Judæorum infidelitatem patienter perferentis. Secundò sapientiam, quæ res sic ordinavit, ut vicibus ageretur; Judæorum causa esset gentiliùm salus, et Judæorum in illos invidia, esset Judæorum salus. Tertio scientiam, quæ distinctissime novit omnia futura: Judæorum rejectionem, gentium adoptionem, Judæorum reasumptionem, gentium defectionem, utriusque populi æternam reunionem.

QUAM INCOMPREHENSIBILIA SUNT JUDICIA..., seu decreta, et INVESTIGABILES, GR., *impertestigabiles, vlt.*, id est, rationes et modi quibus illa exsequitur. Hæc nullus, nec angelus, nec homo scrutando comprehendere poterit.

VERS. 34, 35. — *QUIS ENIM COGNOVIT SENSEM DOMINI? AUT QUIS CONSILIARIUS..., AUT QUIS PRIOR DEDIT ILLI?* Hæc tria tribus supradictis opponit, ait Theodoretus: *Scientia, quis cognovit...? sapientia, quis consiliarius...? divinitas, quis prior dedit illi?* Quis cognovit mentem (vlt.) Domini? quis ejus consilii participes fuit? Reges terreni consiliarios habent, qui ipsorum secreta norunt; Deus autem, Rex regum, ad sua consilia neminem admittit; id tantum novimus quod nobis revelare dignatur. Quis dedit Deo, quod ab eo prius non accepit, unde remunerationem debeat expectare? nullus.

VERS. 36. — *QUONIAM EX IPISO, ET PER IPISUM, ET IN IPISO...* *Ab ipso*, tanquam auctore; *per ipsum*, ut conservatorem; *in ipso*, seu, ut in Græco, ad ipsum, *etis autēbō*, tanquam ad finem ultimum, *IPSI GLORIA IN SECUCLA, AMEN.* Cornelius à Lapide, et post ipsum Tiddæ, de quâ præcessit, non minus quam sapientia abyssum admiratur. Per divitias accipit hic Paulus magnitudinem misericordiae Dei, quæ nos divites fecit in omnibus bonis gratiæ et gloriæ; q. d.: *Ô profundam misericordiam, sapientiam et scientiam Dei! Misericordiam, quæ omnium miseris est: sapientiam, quæ omnia concludit permisit sub peccato et infidelitate, quæque ita omnia dispensavit, ut primò negligeret gentes, ut sic Judæos eligeret; deinde Judæos rejiceret, et sic eligeret gentes: denique utrosque in fine eligeret et completeretur. Scientiam, quæ omnia futura distinctissime novit antequam fiant, ut Judæorum rejectionem, gentium adoptionem et justitiam, quod hoc loco spectat Apostolus.*

*Quam incomprehensibilia sunt judicja eius.* Græcè, *inscrutabilia.* Explicat Apostolus id quod dixit de profunditate sapientie divinae. Nam judicja Dei, quibus de rebus statuit et ordinat, actus sunt sapientie ejus. Et inscrutabilia sive incomprehensibilia sunt, et abyssus multa: quia nullus intellectus creatus, nec angelicus quidem potest ad plenum rationes eorum scrutando comprehendere.

*Et investigabiles viæ ejus.* Sensus est, rationes operum Dei non posse à quoviam penitus cognosci.

VERS. 34. — *Quis enim cognovit sensum Domini? Neminem perfecte nosse cogitationes et consilia mentis divinae.*

*Aut quis consiliarius ejus fuit? Consiliarius;* non

rius, voluit hoc D. Pauli exemplo et communi apostolorum usu et insitutione, cepisse in Ecclesiâ hæc sanctissimæ Trinitatis dogmatum: *Gloria Patri, et Filio, et Spiritui Sancto, et à concilio Nicæno additum fuisse: Sicut erat in principio, et nunc et semper, et in secula seculorum, Amen.* Citat D. Basilium, Baron., tom. 3, an. 325. Gloria Patri, ex quo omnia; gloria Filio, per quem omnia; gloria Spiritui sancto, in quo omnia, etc. Vide plura apud. Cornel.

OSERVATIO in v. 25, 28, 30, 31.

Mirare obstupescendum Dei judicium, quod decrevit contraria per contraria pericere: ex Judæorum incredulitate fidem gentium eduxit, et in fine mundi, gentium fide utetur ad Judæorum incredulitatem destruendam; tunc enim gentium exemplo provocati, fidei doctrinam suscipient. Hoc Apostolus vocat mysterium, seu mirabile arcanum et stupendum judicium, v. 25, et illud aperit, v. 30, 31. Alterum mysterium, et quidem bonitatis, v. 28, ob sanctos patriarchas, Judæi, licet increduli et obdurati, Deo tamen sunt chari; non deseri eos penitus, sed de illorum salute et conversione futura cogitat; et sicut Judæorum infidelitate usus est ad fidem gentilibus dandam, ita fide gentibus datâ utetur in fine mundi, ad abolendam Judæorum infidelitatem: tunc enim cum magnum venerit Elias, fidei doctrinam suscipient, et in Christum credent. *Elias venturus est, et restituet omnia,* Matth. 17.

#### OSERVATIO GENERALIS

*ad doctrinam spectans et ad mores.*

Totam hanc disputationem capite nono ceptam, concludit Apostolus eadem propositione, quam in capite tertio, v. 9, posuit quasi conclusionem primi et secundi capituli, nimirum omnes, et Judæos et Græcos esse sub peccato, et v. 25, egerat gratiâ Dei. Sic in fine hujus capituli, v. 32, concludit *Deus omnia in infidelitate, ut omnium miseretur*, id est, et gentes et Iudæorum qui det consilium Deo, uti explicat Isaias, cap. 40, sed etiam qui participet et consensus sit consilii Dei; q. d.: *Nemo est conscius consiliorum et arcanorum divinarum; ac proinde nemo scrutari debet, cur Judæi relicti gentes sibi jam asseriverit Deus. Quis enim adfuit in consilio Domini?* Jeremia 25.

VERS. 35. — *Aut quis prior dedit illi, etc.* Hanc sententiam sumptissime videtur Apostolus ex Job 41, ubi ait Dominus: *Quis autē dedit illi, ut reddam ei?* Porro neminem Deo quâlibet primò dedisse, quod non accepit ab eo, probat Apostolus illa sententiâ, quam subdit dicens:

VERS. 36. — *Quoniam ex ipso, et per ipsum, et in ipso sunt omnia.* Dicuntur autem omnia esse *ex ipso*, scilicet Deo, tanquam primâ effecrice causâ. *Et per ipsum*, quatenus per eundem omnia gubernantur et conservantur: *et in ipso*, Græcè, *in ipso*, scilicet omnia respiciunt et tendunt, quia sic Deus omnia agit et gubernat, ut ea in se ipsum tanquam finem ordinat atque dirigat. Universa enim propter sanctissimum operatus est, Proverb. 16.

*Ipsi gloria in secula, nempe, sit, aut est.* Finit enim omnium operum Dei est, ut ipse per illa glorificetur in omnem æternitatem. Quod quoniam omnes velle debemus, adjicit approbationis clausulam, *Amen*, id est, ita fiat; dignum enim et justum est ut in omnia secula glorificetur Deus.

dæos convicit infidelitatis, ita ut excusationem non habeant; sicut qui criminum sunt convicti, effugium non habent, suntque quasi reatus sui convictione constricti. Sic autem concludit Apostolus, ut omnes ad quos scribit, et Judæos et gentiles doceat non superbi de se sentire, sed humiliari; non altercari, sed utrosque ad concordiam venire, scientes et convicti quod non ex meritis, sed ex Dei misericordiâ sint salvandi.

Sed nota quòd hæc eadem convictio uniuicuique fidei sit ad salutem necessaria. Peccavi, reatus mei convictione sum constrictus, sub peccato quasi sub carcere sum inclusus; peccavi sciens et volens, excusationem non habeo. Ego itaque gratiâ Dei; sine gratiâ in æternum manebò sub peccati catena. Salus ergo mea opus est misericordiae Dei, non justitiæ mee. *O Deus bone!* Deus misericors, fac mecum secundum misericordiam tuam; et quandoquidem misereri tuæ deliciae sunt, ideòque peccatum et infidelitatem pateris in omnibus, ut omnium misereris, atque nullus nisi per tuam misericordiam salvetur, miserere mei peccatoris et infidelis; sed in tuâ misericordiâ sperantis, à te unico auxilium querentis.

#### ALTERA OSERVATIO DOCTRINALIS ET MORALIS.

Postquam Apostolus attulit rationes quas petuit divina dispensationis circa Judæorum rejectionem à

#### CAPUT XII.

1. Obsecro itaque vos, fratres, per misericordiam Dei, ut exhibeatis corpora vestra hostiam viventem, sanctam, Deo placeantem, rationale obsequium vestrum.

2. Et nolite conformari huic seculo, sed reformamini in novitate sensus vestri: ut probetis quæ sit voluntas Dei bona, et beneplacens, et perfecta.

3. Dico enim per gratiam quæ data est mihi, omnibus qui sunt inter vos, non plus sapere quàm oportet sapere, sed sapere ad sobrietatem, et uniuicuique sicut Deus divisit mensuram fidei.

4. Sicut enim in uno corpore multa membra habemus, omnia autem membra non eundem actum habent,

5. Ita multi unum corpus sumus in Christo, singuli autem alter alterius membra.

6. Habentes autem donationes, secundum gratiam quæ data est nobis, differentes, sive prophetiam secundum rationem fidei,

7. Sive ministerium in ministrando, sive qui docet in doctrinâ,

8. Qui exhortatur in exhortando, qui tribuit in simplicitate, qui præest in sollicitudine, qui miseretur in hilaritate.

9. Dilectio sine simulatione; odientes malum, adhaerentes bono;

10. Charitate fraternitatem invicem diligentes; honore invicem prevenientes;

justitiâ, et gentiliùm adoptionem et justitiam, in his tribus capitulis 9, 10, 11, quasi omnia quæ dixi nihil sint in comparatione coram quo ipsam, licet divinitus edoctum, latent, exolumans miratur: *O altitudo!* etc. Utinam et nos humiliter et modestè his de rebus disputemus! Revelata quidem didicimus, abscondita verò miremur et adoremus. Neque enim promptum est cuiquam Dei videre mentem, aut quibus modis ordinavit res suas, homo animal cæcum, et ipse se nesciens, ultrò potest rationibus consequi: quid oporteat fieri, quando, vel quogenero ipse eunctorum rerum Pater, Moderator et Dominus scilicet solus. Arnob., lib. 11, citatus à Grotio. Non ideò non justum est quod Divinitas agit, quia capere vim divinæ justitiæ homo non valet; sicut plus Deus est quàm humana ratio, sic mihi plus debet esse quàm ratio, quæ à Deo agi cognosco. Salvian., ab eodem citatus.

D. itaque Pauli modestiam et sobrietatem imitabor; ipsum in hoc sacro prædeterminationis labyrintho ita sequar, ut non ultra progrediar; sistam ubi stetit; mirabor, et humiliter adorabo quod mirans et exclamans adoravit: *O altitudo!* etc.

*Incomprehensibilia sunt judicja Dei.* Justa quidem et rationabilia sunt in se, et infinite sapientia plena; et ratio nobis incomprehensibilia, sicut et sapientia.

#### CHAPITRE XII.

1. Je vous conjure donc, mes frères, par la miséricorde de Dieu, de lui offrir vos corps comme une hostie vivante, sainte et agréable à ses yeux, pour lui rendre un culte raisonnable.

2. Et ne vous conformez point au siècle présent, mais transformez-vous en des hommes nouveaux par le renouvellement de votre esprit, afin que vous reconnaissiez quelle est la volonté de Dieu, ce qui est bon, ce qui est agréable à ses yeux, et ce qui est parfait.

3. Je vous exhorte aussi, vous tous, selon le ministère qui m'a été donné par grâce, de ne point vous élever au delà de ce que vous devez dans les sentiments que vous avez de vous-mêmes, mais de vous tenir dans les bornes de la modération, selon la mesure du don de la foi que Dieu a départie à chacun de vous.

4. Car, comme dans un seul corps, nous avons plusieurs membres, et que tous ces membres n'ont pas la même fonction;

5. De même en Jésus-Christ, nous sommes plusieurs qui ne formons qu'un seul corps, étant tous réciproquement les membres des uns des autres.

6. Nous avons aussi des dons différents, selon la grâce qui nous a été donnée. Que celui qui a reçu le don de prophétie de l'Eglise s'attache à son ministère, en use selon la règle de la foi.

7. Que celui qui est appelé au ministère d'administrer. Que celui qui a reçu le don d'enseigner s'applique à enseigner.

8. Que celui qui a reçu le don d'exhorter exhorte. Que celui qui fait l'aumône la fasse avec simplicité. Que celui qui est chargé de la conduite de ses frères s'en acquitte avec soin et avec vigilance. Que celui qui exerce les œuvres de miséricorde le fasse avec joie.

9. Que votre charité soit sincère et sans déguisement: ayez le mal en horreur, et attachez-vous fortement au bien.

10. Que chacun ait pour son prochain une affection vraiment fraternelle: prévenez-vous les uns les autres par des témoignages de déférence.



11. Sollicitudine non pigri, spiritu ferventes, Domino servientes,  
 12. Spe gaudentes, in tribulatione patientes, orationi instantes,  
 13. Necessitatibus sanctorum communicantes, hospitalitatem sectantes.  
 14. Benedicite persequentibus vos; benedicite, et nocte maledicere:  
 15. Gaudere cum gaudentibus, flere cum flentibus:  
 16. Idipsum invicem sentientes; non alta sapientes, sed humilibus consentientes; nolite esse prudentes apud vosmetipsos;  
 17. Nulli malum pro malo reddentes; providentes bona non tantum coram Deo, sed etiam coram omnibus hominibus:  
 18. Si fieri potest, quod ex vobis est, cum omnibus hominibus pacem habentes:  
 19. Non vosmetipsos defendentes, charissimi, sed date eorum ire; scriptum est enim: Mihi vindicta, ego retribuam, dicit Dominus.  
 20. Sed si esuriet inimicus tuus, ciba illum: si sitit, potum da illi; hoc enim faciens, carbonem ignis congreges super caput ejus.  
 21. Noli vinci a malo, sed vince in bono malum.

## ANALYSIS.

A doctrina fidei transit Apostolus ad præcepta morum. In hoc ergo capite docemur:

- 1<sup>o</sup> Quomodo erga Deum nos habere debemus; sive quoad corpus, quod ipsi, ut hostiam vivam, immolare debemus, v. 1, sive quoad animam, quam à secularibus abstractam, interius renovare debemus; ut mente renovati, voluntati Dei in omnibus faciendæ studeamus, v. 2; sive quoad dona gratiæ, quibus quilibet Dei minister, suo proprio dono contentus, debet sanctè et modestè uti, ad Ecclesiam, cujus membrum est, utilitatem, v. 3, 4, 5, 6, 7, 8.

## PARAPHRASIS.

1. Cum ergo tanta sit in vos Dei misericordia, per hanc ipsam, vos, fratres, obtestor et obsecro, ut in gratitudinis monumentum, inmoletis illi, non peccedes mortuas, sed vestra ipsa corpora, hostiam Deo viventem, sanctam, et ab omni peccatorum macula purgatam; Deo gratam, utpote à spiritu puro et sanctificato oblatam.  
 2. Et ne sicut amatores hujus seculi sectemini voluptates et comoda, vestrisque servitatis cupiditatibus; sed per sedulam mortificationem vestrarum cupiditatum, studete ut mente renovemini, ut spiritu renovati experiamini, gustate spirituali sapientia, quæ sit voluntas Dei, possitisque distinguere quod bonum est, vultque Deus à nobis fieri; quod melius est, ipsiusque oculis gratus; quod optimum et perfectum est, ipsique gratissimum.  
 3. Hanc Dei in vos voluntatem, ego Dei minister, omnibus vobis Romæ existentibus dico, et quidem juxta officium mihi gratis indultum, edico; silicet, ut nullus de se supra modum sapiat, sed unusquisque suo

41. Ne soyez point lâches dans votre devoir: conservez-vous dans la ferveur de l'esprit; souvenez-vous que c'est le Seigneur que vous servez.  
 12. Réjoignez-vous dans l'espérance; soyez patients dans les maux, persévérants dans la prière.  
 13. Charitables pour soulager les nécessités des saints, prompts à exercer l'hospitalité.  
 14. Bénissez ceux qui vous persécutent; bénissez-les, ne faites point d'imprécations contre eux.  
 15. Soyez dans la joie avec ceux qui sont dans la joie, et pleurez avec ceux qui pleurent.  
 16. Tenez-vous toujours unis dans le même esprit, n'ayez point de pensées présomptueuses; mais accoutumez-vous à ce qu'il y a de plus bas et de plus humble. Ne soyez point sages à vos propres yeux.  
 17. Ne rendez à personne le mal pour le mal; ayez soin de faire le bien, non seulement devant Dieu, mais aussi devant tous les hommes.  
 18. Vivez en paix, si cela se peut, et autant qu'il est en vous, avec toutes sortes de personnes.  
 19. Ne vous vengez point vous-mêmes, mes chers frères, mais donnez lieu à la colère; car il est écrit: C'est à moi que la vengeance est réservée, et c'est moi qui la ferai, dit le Seigneur.  
 20. Au contraire, si votre ennemi a faim, donnez-lui à manger; s'il a soif, donnez-lui à boire; car agissant de la sorte, vous amasserez des charbons de feu sur sa tête.  
 21. Ne vous laissez point vaincre par le mal, mais travaillez à vaincre le mal par le bien.

- 2<sup>o</sup> Quomodo erga proximum quoad actus internos habere nos debemus, scilicet illum diligere verè, pure, honestè et humiliter, v. 9, 10.  
 3<sup>o</sup> Docemur quales in nobis esse debemus, diligentes, ferventes, orationi instantes, v. 11, 12, non alta sapientes, v. 16.  
 4<sup>o</sup> Quomodo erga proximum, quoad externa officia, nos gerere debemus, à v. 13 usque in finem, ubi quinque ira in proximum nobis prohibetur, v. 14, 17, 19, 20, 21, et unica nobis permittitur vindicta, bona scilicet pro malis reddere, v. 20, 21.

- dono contentus, sobriè et modestè se gerat intra mensuram doni sibi à Deo collati.  
 4. Sicut enim in uno et eodem corpore multa habemus membra diversa, et hæc omnia membra corporis nostri non habent eandem functionem, sed diversam,  
 5. Ita nos omnes fideles et Dei ministri, quasi diversa membra, diversas functiones habentia, unum Christi corpus mysticum sumus; singuli autem alter alterius invicem membra sumus.  
 6. Cum igitur diversa habeamus dona, prout Deus unicuique nostrum per suam gratiam largitus est, is utamur modestè, et unusquisque intra doni sui limites se contineat.  
 Cui contigit prophetiæ donum, ad explicandas sacras Scripturas, eoad bonum Ecclesia sobrius utatur, juxta regulam fidei.  
 7. Cui contigit aliquid in Ecclesia ministerium, seu ecclesiasticus ordo, in hujus sui ministerii functione inclusus, officio suo modestè fungatur.

8. Qui docendi talentum et officium habet, citra fastum suam doctrinam, seu eruditionem largiatur. Qui munus habet ad honos mores et ad pietatem exhortandi, suo quoque munere modestè fungatur.  
 Cui incumbit officium elemosynas communicandi, illud bonè fide præstet his quibus opus est, dando sine personarum acceptione.  
 Cui commissa est cura cæteros regendi; sollicitus, vigilans et sedulus, subditorum sibi curam gerat, Deo pro iis rationem redditurus.  
 Qui miseris succurrat, id alacri animo et hilari vultu faciat.  
 9. Caveat fidelis à profanorum simulatione, qui verbo et signo tenus diligunt, non re; dilectio sit inter vos vera, sincera, ex corde; sic autem proximum amate, ut ejus vitia odio habeatis, virtutes verò diligatis.  
 10. Non modò sincera sit vestra inter vos dilectio, sed fraterna; vos invicem ut fratres, ejusdem Patris cælestis filios diligite; vos invicem ut filios Dei, et ut fratres Christi, honore prævenite.  
 11. Caveat et fidelis ab omni pigritiâ; sed omnes esote in officio prompti et alacres, spiritu ferventes, utpote qui Deo regum Regi et Domino servitis.  
 12. Propterea gaudete et sperate; ipse enim erit merces vestra magna nimis; hujus mercedis introitu, vestras oppressiones patienter sustinete, assiduis orationibus cælestæ auxilium à Domino cui servitis, et pro quo patimini, implorantes.  
 13. Cæterum tanta sit erga proximum vestra charitas, ut pauperum inopia, quasi vestra sit, et vestra copia sit quasi pauperum.  
 Erga peregrinos autem hospitalitatem non tantum exerceat, quando petunt, sed et ad illos currentes, offerte hospitium.  
 14. Eis verò qui vos, vel odio Christi, vel alio motivo, persequuntur et affligunt, non modò non male precemini, sed è contra illis benè precemini, salutem et gratiam optantes.

## COMMENTARIA.

VERS. 1. — OBSECO ITAQUE VOS, FRATRES. *Itaque*, cum tanta sit in vos misericordia Dei: gratis quippe vos vocavit, gratis et justificavit, tot aliis à justitiâ repulsis, ut tribus ultimis capitibus, nono, decimo, undecimo dictum est.

OBSECO, GRÆC. *hortor*, PER MISERICORDIAM, GRÆC. *per miserationes*. Hoc plurale indicat magnitudinem misericordiarum; quasi diceret: Obsecro et hortor vos per hæc viscera misericordiarum Dei in vos.

UT EXHIBEATIS, GRÆC. *συνεχόμενοι*, sistere, id est,

VERS. 1. — Obsecro itaque vos, fratres, per misericordiam Dei, q. d.: Docui haecenus, vos, 6 gentes, per Dei gratiam et misericordiam adsertas esse ad justitiam et salutem; Judæos verò ab eis repulsos esse; nunc ut à dogmatibus ad mores transeam, obsecro vos, 6 fideles, qui tantam Dei misericordiam, gratiam et justitiam consecuti estis, ut Deo grati sitis, ut dignè Deo, tantæque gratiæ vivatis, ut opere præ-

15. Charitas sic inter vos omnia prospera et mala reddat communia, ut ex charitate gaudeatis cum gaudentibus, tristemini cum tristibus.

16. Sit vobis omnibus unus animus, sicut et cor unum; estote itaque concordēs inter vos; propterea cavete ne de vobis ipsis clarè sentiat, sed ita demissè, ut et cum infimis hominibus benignè conversemini.

Cavete et ne, nimium vestræ prudentie tribuentes, aliorum judicia spernatis; hæc enim duo sunt concordie contraria.

17. Quòd si forte vos quis offendat verbo aut facto; ne retalietis, convicium pro convicio, aut injuriam pro injuriâ reddentes:

Sed vobis curæ sit ita benefacere, ut non Deo tantum, qui cor intuetur, placeatis; sed ut etiam per bona opera vestra omnes homines edificentur.

18. Si salvà justitiâ et veritate fieri potest, quantum in vobis est, pacem habete, non solum cum fratribus, sed etiam cum omnibus omnino hominibus.

19. Hoc ut ita sit, fratres charissimi, non vosmetipsos vindicete, sed vobis irato cedite, illumque suo judici relinquire, qui in Denteronimo dicit: Mihi vindicta competit; et ego judex justissimus rependam.

20. Hoc edoctus oraculo, cave ne lesus lædas, imò pro maleficio reponere beneficium; si forte esuriat tuus inimicus, illum cibo releva; si sitiat, potum illi porriga; hæc tua in eum beneficia erunt quasi carbonem ardentem, quibus cum à capite ad pedes circumdatum, inflammabis ad te redamandum.

21. Hæc sola tibi vindicta permittitur, licet tuum inimicum vincendi modus conceditur vicus, benefacis vincere; cave itaque ne ab eo lasus vindictam expetas; sic enim te tui adversarii malitia superabit; sed bonis officiis ita ejus malitiam expugna, ut tuis beneficiis victus, ex inimico fiat amicus; et hæc est perfecta et christiana victoria.

sistite. Offerte, quasi diceret: Alienate à vobis, et in Dei dominium transferete.

CORPORA VESTRA, non vicinas mortuas et cultro materiali jugulatas, sed exhibete ei corpora vestra, hostiam spirituali quidem mortificationis gladio occisam, sed viventem fide vivâ, spe firmâ, charitate animatam.

SANCTAM, ita ut sit sancta, et ab omni peccatorum maculis purgata, Deoque placeat.

RATIONABILE OBSEQUIUM VESTRUM, GRÆC. *σέβησιν*

stetis, quod fides dicat, quodque Deus et Christus à vobis efflagat.

Ut exhibeatis corpora vestra hostiam viventem, sanctam, Deo placentem, q. d.: Offerte Deo corpora vestra, alienate illa à vobis, ac transferete ea tanquam hostiam vivam in Dei dominium, ut iis utamini non ad libitum, sed ad Dei cultum et honorem. Ita S. Chrysostomus.



*largitur*, id est, cultum Dei rationalem, seu spiritua-  
lem, seu non brutus pecudes ut olim, sed rationalem  
et spiritualementem, scilicet hominem ipsum, seu  
corpus à victima rationali et sanctificato oblatum.  
Syrus: *Acceptam Deo per ministerium rationale*, seu  
placitum Deo per cultum spiritualementem. Vult Apo-  
stolus ut exhibeamus Deo corpus nostrum, omnesque  
corporis motus et actus; sed quasi hostiam rationa-  
lem et spiritualementem, quippe à spiritu interno, puro et  
sancto animatam et oblatam. Sicut Deus spiritus est,  
ita spiritualementem illi et internum exhibete cultum, qualis  
est supra dictus, spiritualementem scilicet mactatione Deo  
corpus immolando.

## OBSERVATIO LITTERALIS ET MORALIS.

Alludit Apostolus ad sacrificia vetera, in quibus  
occidebantur victimae, vituli, oves, hirci, colum-  
bae, etc., hisque veteribus sacrificiis opponit novum,  
scilicet spiritualementem sacrificandi modum; sed à Deo  
per hanc externa et vetera sacrificia semper intantum:  
ut enim ait hic D. Thomas post D. Augustinum, visi-  
bile sacrificium, quod exterius offertur Deo, signum  
est invisibilis sacrificii, quo quis se et sua in Dei ob-  
sequium exhibet. Nos ergo D. Paulus docet ethortatur  
ut in gratitudinis monumentum, nos et omnia  
nostra Deo sacrificemus; et quia, ut ait D. Thomas,  
homo triplex habet bonum, animam, corpus, exte-  
riora bona, hinc debet Habentibus animam Deo sacrifi-  
care per devotionis et contritionis humilitatem; exte-  
riora bona per eleemosynarum largitionem, corpus  
per mortificationem. De eleemosyna Hebr. ultimo ca-  
pite et alibi; hic speciatim de corporis hostia per  
spiritum offendenda.

Hujus sacrificii spiritualis et christiani sacerdos est  
spiritus, altare est cor nostrum, gladius contritio,  
mortificatio, ignis est charitas, hostia corpus, peccato,  
quidem mortuum, à Deo vivum, à mente pura, sancta  
animatum, quae se, suum corpus, omnesque corporis  
actiones ad Dei gloriam dirigit et offert.

Offerat ergo Judaei carnales, hostias mutas, et ir-  
rationales victimas, corpora mortua, incapacia Deum  
laudandi et glorificandi, ipsique placendi. Christianus  
vero offert Deo corpus suum vivens et sanctifi-  
catum in Baptismo per Spiritum sanctum; Deo pla-

*Vitentem*, id est, virtutibus deditam, quia caro,  
vitiis dedita, mortua est, inquit S. Gregorius. *Vitentem*,  
id est, quae vitam, videlicet Christum, in se  
gerat. *Sanctam*, hoc est, ab omni immunditia et in-  
quinatione peccati immunem: et per hoc *benefactam*,  
id est, acceptam et gratissimam Deo cui exhibetur.  
*Rationabile obsequium vestrum*; vocat enim Apostolus  
obsequium seu cultum rationalem eum qui in ratione  
ac mente situs est, id est, cultum spiritualementem, ad  
differentiam cultus externi atque corporis, qualis fuerat  
Judaeorum, consistens in hostiarum carnalium  
mactatione. Recta autem ratio dicitur, Deum magis  
internà fide, spe, pietate, amore, et puritate mentis,  
quam externis corporis caeremoniis colendum esse.

*Vers. 2.—Et nolite conformari huic seculo.* Sensus  
est: Cavete ne vitâ et conversatione similes efficiamini  
iis qui sectantur hujus seculi seu mundi voluptates  
et commoda, suisque servant cupiditatibus.

*Sed reformamini in novitate sensus vestri*, Graecè,  
*transformamini*, ut scilicet, transeat ex veteri figurâ

cens, utpote membrum Christi; Deum laudans et  
glorificans per actiones Deo consecratas, et per morifi-  
cationem, actiones animales et sensuales mactantem.

## PRAXIS.

Quomodo corpus fiet hostia? ait D. Chrysostomus;  
nihil mali respiciat oculus, et factus est hostia; nihil  
turpe loquatur lingua, et facta est oblatio; nihil in-  
qui committat manus, et facta est holocausta: imò  
non sufficiunt ista, sed ut bona etiam faciamus opus  
est, nimirum, ut eleemosynam faciat manus, calumnias  
inferentibus benedicat os, auditus divinis continens  
sermonibus vacet; nihil enim immundi habet hæc  
hostia; aliorum primitias complectitur hæc hostia;  
et nos igitur tam manuum quam pedum, tam oris  
quam omnium aliorum primitias Deo reddamus.

*Vers. 2.—Et nolite conformari.* Graecè, *ne con-  
formemini*, Syr.: *Et ne assimilemini huic seculo*; sed  
*reformamini*, Graecè: *Sed transformemini in renova-  
tione mentis vestrae*, id est, ex veteri in novam transite  
formam, seu et ne vitam ducatis similem hominibus  
sectantibus hoc seculum, cui per Baptismum renun-  
tiastis. Vide paraphras. Divus Chrysostomus, et post  
eum Theodoretus, notant quòd D. Paulus res hujus  
seculi, scilicet opes, potentiam, honorem vocat figuras,  
quia sunt parùm durabiles; *Præterit enim figura hujus  
mundi*; quæ sunt autem spiritus, seu virtutem, vocat  
formam, quia sunt res veræ, solidæ et permanentes.

Ad duo tota revocatur moralitas christiana: pri-  
mum, ut anima se retrahat à noxiis; secundum, ut  
se convertat ad ea quibus perficitur, seu ut mundo  
per cupiditatem non configuretur, sed ut Christo per  
charitatem conformetur.

Ut probetis quæ sit voluntas Dei... quia Dei vo-  
luntas est omnis sanctitatis regula, mensura, fons et  
origo; hinc Apostolus vult ut in omnibus illam cognos-  
cere et adimplere studeamus. Hæc autem cognitio fru-  
ctus est renovationis interioris: quò plus enim refor-  
mamur spiritu mentis, eò magis illustramur à Deo,  
menteque purgat probamus et sapimus quid bonum,  
quid melius, quid optimum.

Triplex itaque gratiæ gradus in his verbis indicatur:  
pro incipientibus, proficientibus et perfectis. Incipien-

in novam formam; q. d.: Studete quotidiana re-  
novationis mentis vestrae per mortificationem malorum  
affectuum et cupiditatum. Sicque hæc metamorphosi  
fiet, ut in dies transmetemini magis et magis in alios  
hominibus. Induite formam novitatis sensus, id est,  
mentis; ut mentem virtutibus innovetis, ut diligatis  
et queratis ea quæ sunt mentis et spiritus, ut opera  
nova, spiritualia et divina edatis ex hac novâ et divinâ  
formâ Spiritus sancti.

*Ut probetis quæ sit voluntas Dei bona, et beneplacens,  
et perfecta.* Quò magis reformamur spiritu mentis nos-  
træ, eò magis illustramur à Deo, magisque purgatâ  
mente probamus et sapimus quid sit bonum, melius,  
et optimum à Deo voluntum, Deoque gratum. Ut sciatis  
quæ sit voluntas Dei bona, id est, quid Deus à nobis  
velit fieri bonum; et beneplacens, id est, melius; et  
perfectum, id est, optimum et sibi gratissimum. Sen-  
sus est: Ad illam reformationem vite vestrae hoc per-  
tinet, ut probetis, id est, exquiratis ac diligenter scruta-  
temini, quæ sit Dei voluntas bona, beneplacita, et

tes faciunt quod bonum est, quodque Deus vult à no-  
bis fieri, præcepta scilicet. Proficientes faciunt quod  
melius est, Deique oculis gratius, consilia. Perfecti  
faciunt quod perfectum est, Deoque gratissimum, id-  
que perfectè, seu amore puro et charitate perfectâ.

*Vers. 5.—DICO ENIM PER GRATIAM QUÆ DATA EST...  
Hoc enim jungit sequentia cum præcedentibus, quasi  
diceret: Dico vobis quæ sit erga vos Dei voluntas,  
scilicet ut nullus superbi sentiat de semetipso. Vide  
paraphrasim.*

Altercatio inter fideles Judæos et Græcos orta hujus  
admonitionis occasione dedit; quia enim utriusque  
modestæ leges excesserant, et in jactantiae vitium in-  
ciderant, hinc omnibus fidelibus Romæ existentibus  
D. Paulus ex officio numeris apostolici præcipit ut su-  
pra modum de se non sentiant, sed sobriè, modestè et  
intra mensuram fidei, seu doni in fide sibi à Spiritu  
sancto collati. Per fidelem ergo hic intelligitur donum  
fidei christianæ et etiam dona gratuita et visibilia,  
quæ tunc Spiritus sanctus fidelibus largiebatur, et  
quorum fundamentum est fides.

Modestiam præcepturam, modestiam servat Apo-  
stolus, 1<sup>o</sup> apostolatum suum gratiam vocans, seu gratis  
acceptam; 2<sup>o</sup> indicans id ex officio se facere, et ad  
hoc monitum eis dandum, ex munere apostolico tene-  
ri; 3<sup>o</sup> utens verbo, *dico*, non autem verbo, *præcipio*;  
quod modestius. Ita superior, prælatus, intra mode-  
stiam limites se confineat, modestiam commendans.  
Ita quilibet fidelis juxta doni mensuram à Deo sibi  
collati agat, alieno talento nec invidet, nec se ingerat.

*Vers. 4.—SICUT ENIM IN UNO CORPORE... Probat  
quemlibet fidelem debere sapere ad sobrietatem, et  
intra mensuram fidei seu doni accepti; hoc autem  
probat similitudine sumptâ à corpore humano: Sicut  
enim in uno et eodem corpore, multa sunt membra  
diversa, hæc autem omnia membra non eandem ha-  
bent functionem; frustra enim essent diversa, nisi  
propter actus diversos.*

*Vers. 5.—ITA MULTI UNUM CORPUS SEMUS...; Syr.:  
Ita et nos qui multi sumus, unum sumus corpus in Chri-*

perfecta, id est, quâ non præcipit nisi bona, ac sibi  
placita, et perfecta, hoc est, irrehensibilia: pro-  
betis, inquam, eo fine ut illam Dei voluntatem cogi-  
tam amplectamini et impleatis.

*Vers. 5.—Dico enim per gratiam quæ data est mihi,  
id est, per apostolatam: vel sumus apostolicum gra-  
tiam, id est, Deo datum; q. d.: Ex munere, officio et  
auctoritate apostolici doli et olio ea quæ sequuntur.*

*Omnibus qui sunt inter vos*, id est, omnibus fide-  
libus qui Romæ stent. Vult enim hæc præcepta ad om-  
nes eos pervenire.

*Non plus sapere quam oportet sapere, sed sapere ad  
sobrietatem*; ireneus vertit: *Sapite ad prudentiam*;  
Hieronymus: *Sapite ad pudicitiam*; S. August.: *Sapite  
ad temperantiam*; S. Chrysostomus: *Sapite ad  
modestiam*, id est, ad humilitatem. Sensus est: Dico  
et moneo quemque vestrum, ne supra modum de se  
sentiat, neque plus quam par est sibi tribuat: sed de  
se sentiat sobriè, temperatè, et cum modestiâ. Cujus  
quidem admonitionis occasione Paulo dederat alterca-  
tio: quæ Romæ inter fideles Judæos et Græcos orta  
fuerat de justificatione. Nam in ea modestiæ fines ex-  
cesserant non sine jactantiae vitio.

*Et unicuique sicut Deus divisit mensuram fidei.* Dico

*sto, singuli autem ex vobis, alii aliorum sumus mem-  
bra.* Id est: Ita nos omnes fideles, quasi diversa mem-  
bra, varias et diversas gratias et functiones habenti-  
a, unum corpus sumus in Christo, id est, in Ecclesiâ;  
singuli autem membra sumus, sive commembres.

## OBSERVATIO DOCTRINALIS ET MORALIS.

In corpore humano tria sunt, ait D. Thomas: unitas  
corporis, membrorum pluralitas, officiorum diver-  
sitas; adde et aptitudo cujusque membri ad suum  
officium. Ita in Ecclesiâ, seu corpore mystico Christi,  
est 1<sup>o</sup> membrorum, seu fidelium multitudo; 2<sup>o</sup> est uni-  
tatis, per fidem et gratiam; sibi invicem exterius, per  
Sacramenta, seu, ut ait D. Thomas, fide et affectu cha-  
ritatis spiritualiter unum invicem et Deo; unum cor-  
pus et unus spiritus; 3<sup>o</sup> est officiorum diversitas, ad  
utilitatem communem redacta; denique sunt et di-  
verse gratiæ et dotes, quarum jamjam faciet Apo-  
stolus enumerationem.

Hinc restat concludendum: Unusquisque sobriè sa-  
piat, suâque functione contentus sit. Hinc etiam docemur  
à Christo capite nostro humiliter dependere, ejus  
Spiritu animari, ipsi in omnibus parere; docemur et  
cum fidelibus omnibus charitate conjungi, nulli invi-  
dere, omnes adjuvare: singuli enim membra sumus.

*Vers. 6.—HABENTIS AUTEM DONATIONES SECUN-  
DUM...; id est: Cum itaque diversa dona habeamus,  
prout Deus unicuique per suam gratiam largitus est,  
subaudi, iis utamur modestè ad sobrietatem, et unus-  
quisque intra doni sui limites se confineat; quod et  
in sequentibus, ad singula dona quæ enumerat, sub-  
audiendum.*

*Sive prophetiam*, id est, quod prophetiæ donum ac-  
cepti, sive ad futura prædicanda, sive ad Scripturam  
explicandam; *secundum rationem*, Graecè, *analogiam*,  
Syr., *pro mensurâ fidei*, id est, eo dono modestè utar,  
secundum regulam et analogiam fidei, ita ut  
ipsis, seu prædicationi, suo prædicationi, sit fidei conformis.

unicuique vestrum sapere, id est, ut sapiat, sicut  
Deus divisit seu partitus est ei mensuram fidei, id est,  
sentiat de se juxta mensuram ac modum doni in fide  
sibi collati. Nominat fidem, quòd illa ceterorum do-  
norum directrix sit ac moderatrix.

*Vers. 4, 5.—Sicut enim in uno corpore multa  
membra habemus, omnia autem membra non eandem  
actionem (actionem, functionem, operationem) habent;  
ita multi (hoc est, omnes nos fideles, qui sumus quasi  
vita membra, varias gratias, et functiones habentia)  
unum corpus sumus in Christo, puta una Ecclesia sumus,  
cujus nexus interior est per fidem et gratiam;  
exterior, per Sacramenta à Christo instituta. Per  
hæc enim omnes necimur et jungimur cum Christo,  
et in Christo; hujus enim corporis, id est, Ecclesiæ,  
caput est Christus. Singuli autem alter alterius mem-  
bra.*

*Vers. 6.—Habentis autem donationes secundum  
gratiam, quæ data est vobis, differentes:* Habentes dona  
diversa et varia, prout unicuique nostrum per gra-  
tiam suam largitus est Deus.

*Sive prophetiam secundum rationem fidei.* *Rationem*,  
Graecè, *proportionem*. Prophetiæ nomine intelligit  
Paulus doctrinam, et ea quæ ad docendi munus per-



VERS. 6. — SIVE MINISTERIUM IN MINISTRANDO... id est, qui aliquid in Ecclesia recipit ministerium, suo ordinem ecclesiasticum, in hujus ordinis, sui ministerii functione, versetur modeste et sobrie.

SIVE QUI DOCEAT IN DOCTRINA, id est, qui talentum habet, et functionem receipt alios docendi, suo munere modeste fungatur et studiosè.

VERS. 8. — QUI EXHORTATUR IN EXHORTANDO, id est, qui talentum et munus habet moralitatem evangelicam docendi, et ad bonos mores exhortandi, suo quoque officio modeste fungatur, omni compressa elatione animi, talibus functionibus insidiane.

QUI TRIBUT IN SIMPLICITATE, SYR., cum simplicitate, id est, cui ex officio incumbit elemosinas distribuere, illud bonâ fide faciat, sine fraude, sine dolo, sine personarum acceptione.

QUI PREEST IN SOLICITUDINE... GRÆC., *prefectus*, SYR., qui stat in capite, id est, qui regit Ecclesiam: v. g., episcopus, pastor, is sit sedulus, vigilans; ipsius enim est ad singulos attendere, ut moneat, corrigat, etc.

QUI MISERETUR, IN HILARITATE, id est, qui misero ope vel pecuniâ sublevat, id faciat alacri animo et hilariter vultu. D. Chrysostomus multas hujus hilaritatis in misericordiâ faciendâ rationes affert. Ex parte miseri — non tantum egestatem illius, sed et pudorem sublevabis, quoniam, inquit, nihil ad eum videtur hominibus turpe, ac ab aliis accipere; nisi excellenti hilaritate suspicionem illam sustuleris, ostenderisque quod magis accipias quam des, magis deiecias accipientem quam recipi solis. Ex parte miserentis: quis regnum accipiens, molestus est? quis remissionem peccatorum accipiens, in merore manet? noli itaque pe-

tiunt. *Secundum rationem fidei*: fides hic est intelligentia perfecta rerum divinarum et Scripturarum, quæ non tam humano studio, labore et industria, quam Dei illuminantis operatione et inspiratione acquiritur. *Hiscentes prophetiam*, hoc est, gratiam explicandi doctrinam et Scripturam sacram, secundum analogiam, id est, secundum proportionem et mensuram fidei, id est, intelligentiæ, sapientiæ à Deo nobis concessæ.

VERS. 7. — SIVE MINISTERIUM IN MINISTRANDO: Sive habentes gratiam aliquis ministerii ecclesiastici in quocumque gradu et ordine, ut sunt episcopus, presbytericus, diaconatus, etc.; cujusmodi gratiam qui habet, illi dico, non sibi placeat, sed cum modestiâ et curâ ad aliorum utilitatem exsequatur creditum sibi ministerium, sciens se vocatum ad opus, non ad honorem.

Sive qui docet, id est, in doctrinâ, hoc est: Si quis habet gratiam docendi, id est, ea quæ novit aptis et convenientibus verbis explicandi, aliisque tradendi: utatur eâ facultate ad docendum alios.

VERS. 8. — QUI EXHORTATUR IN EXHORTANDO, id est, in exhortationis gratiâ et talento, quod accepit, id facit, puta exhortatur. Sub exhortatione etiam consolationem accipit.

Qui tribuit in simplicitate, q. d.: Qui habet functionem et officium distribuendi elemosinas, eam habeat in simplicitate, id est, secundum gratiam simplicitatis, bonâ fide, sine personarum acceptione, ac sine respectu proprii commodi.

Qui preest in sollicitudine, q. d.: Qui preest, in gratiâ sollicitudinis se continet, in eâque prescit, ut

omnia respiciere sumptum, sed ex illo sumptu proventum; si enim qui seminat gaudet, licet in incertum seminet, multo magis qui exulum, quasi agrum, colit. D. Chrysostomus. Hinc Eccl. 55, v. 11: *In omni dolo hilarem fac vulvum tuum*. Hæc autem hilaritas in tribulatione consistit: in animi lætitiâ, in vultus hilaritate, in verborum affabilitate.

VERS. 9. — DILECTIO SINE SIMULATIONE... Transit Apostolus à charismatibus ecclesiasticis ad hæc, seu Christianis omnibus communia; hæcque fidelem considerat per respectum ad proximum, quem debet diligere. Dilectio sit vera, sincera, sine fitione... Græc., *ἀνεπιφανής*, non hypocritica, non tantum in verbo, aut in exteriori apparentiâ, sed in vero cordis affectu et operis efficacità, primæ Joan. 3, 18.

ODIENTES MALUM, etc., sit pura; si amemus proximum, ut ejus odianus vitia, virtutes verò diligamus. Ita D. Thomas. Nisi malis Apostolus hic generale Christianorum omnium officium statueret, quod est ut abhorreat à malo, adherent bono.

VERS. 10. — CHARITATE FRATERNITATIS, *φιλανθρωπία*, id est, charitate fraternâ vos amate, ut ejusdem Patris coelestis filios; HONORE INVICEM PREVENIENTES, id est, studet ut vos invicem honore preveniat; prævenit autem, qui primus honorat. In his duobus versibus tres indicantur conditiones affectus interni quem proximo debemus: sincerè illum diligere, purè diligere, interius honorare; hæcque reverentiam et dilectionem signis et operibus exhibere: sit sincerus, purus, honestus et humilis. Talis autem erit, si christianum consideremus ut filium Dei, fratrem nostrum, membrum Jesu Christi, nostrumque commembrum.

VERS. 11. — SOLICITUDINE NON PIGRI...; SYR: *Exdebitum eorum qui sibi commissi sunt curam et sollicitudinem gerat.*

Qui miseretur in hilaritate, q. d.: Ergo cum miseris, utere dono hilaritatis, quod Deus tibi cum officio dedit, ut hilarem te præbeas miseris et agrotis.

VERS. 9. — Dilectio sine simulatione, q. d.: Proximum diligat sincerè et ex animo, non simulatè. Nam dilectio simulata non est dilectio.

Odientes, abhorrentes, malum, vitium, peccatum, adherentes bono et virtuti. Donum denotat honestatem, justitiam.

VERS. 10. — Charitate fraternitatis invicem diligentes, amore fraterno alius ad alium amanter affecti. Ratio, quia estis invicem membra, non tantum ut homines, sed ut fideles, ac peculiariter hoc nomine fratres.

Honore invicem prevenientes: prævenit autem, qui antevertit, id est, qui prius honorat. Intellige, quantum in te est, non enim uterque alterum prevenire potest, nisi voluntate et studio. Ratio præcepti, quia per hoc provocatur et fovetur mutua dilectio, quam proxima sententia commendaverat.

VERS. 11. — Sollicitudine non pigri, non gravatim, sed diligenter et promptè, atque ex animo facientes officium, præsertim quo juvenis id est proximus.

Spiritu ferventes, hoc est, impetu quodam animi succens ad exsequendum ea, quæ vestre sunt functionis et officii: sic enim eritis studio non pigri.

Domino servientes, ut in omni actione et officio quod proximis impendimus, non quæ nostra sunt queramus, sed Domino serviamus, ejusque honori studemus.

tote diligentes et non pigri, etc. D. Chrysostomus, *studium non pigri*. Docet Apostolus quales in nobis ipsis esse debeamus, scilicet alacres et prompti in officio; SPIRITU FERVENTES, id est, Spiritu sancto, quasi igne, succens; DOMINO SERVIENTES, id est, Deo, Regi regum et Domino dominantium, servientes: cujus servitium præstat hominum imperis. Ad alacritatem et fervorem in nobis excitanda, vult Apostolus ut attendamus ad Dominum, cui servimus; Deo scilicet, Christoque servimus.

Græcus textus in Polyglottâ habet, *ἐν ἀναστάσει τῶν νεκρῶν, tempore servientes*. Ambrosius legit, *tempore servientes*, quod Erasmo magis arridet. Sed Syrus et omnes aliæ versiones habent: *Domino servientes*. D. Chrysostomus: *Domino servientes*. Theodoret., Theophyl., idem; bonum tamen sensum potest habere, *tempore servientes*, quasi diceret: Ne fervor vester sit imprudens, nihilque incongruo tempore aggradiatur; sed temporis opportunitatem in omnibus capite.

VERS. 12. — SPE GAUDENTES; SYR.: *Gaudete in spe vestrâ*, id est, gaudeat intuitu mercedis æternæ; Deus, cui servimus, erit merces nostra magna nimis; hæc spe gaudeat.

IN TRIBULATIONE PATIENTES; SYR.: *Sustinete vestras oppressiones*, id est, hæc spes vos fortes reddet, et in omni tribulatione patientes.

ORATIONI INSTANTES, id est, hæc eadem spes faciet genitibus et continuis, et inenarrabilibus æternam hanc felicitatem desiderare. Vel ut hæc obtineatis, orationi estote instantes. Tres hoc verbo comprehendunt orationis conditiones: sit pia et affectuosa, sit de re ad salutem pertinente, sit perseverans et assidua.

VERS. 15. — NECESSITATIBUS SANCTORUM COMMUNICANTES... Tanguntur hic et in sequentibus versibus exteriori charitatis ad proximum officia; varia sunt pro varietate statûs: si sit in necessitate et indigat, ipsis indigentia subvenite, resque vestras illi communes facite.

VERS. 12. — Spe gaudentes; spem intelligit futuræ retributionis. Ea namque animum christianum fovet, et alacritatem suggerit, et gaudium quodam perfundit in omni opere pietatis, tum verò mirificè consolatur et fortem reddit in afflictionibus hujus vite.

In tribulatione patientes, spe mirum animati. Nam nisi animus spe præmiûm futureret, in afflictionibus quas pro Christo patitur (de his autem sermo est) durare non posset. S. Athanasius de S. Antonio scribit, esse semper tam in adversis quam in prosperis lætum fuisse, mentisque lætitiâ prætulisse, atque ex eâ agnillum fuisse ab ignotis.

Orationi instantes, hoc est, in oratione assidue perdurantes, vel instantes cum assiduitate. Instare, est cum patientiâ et perseverantiâ quâdam insistere, incubere, multum esse in aliquâ re.

VERS. 15. — Necessitatibus sanctorum communicantes, id est, fratrum seu Christianorum indigentia de vestris facultatibus subvenite, res vestras fratribus inopiâ laborantibus communes facite.

Hospitalitatem sectantes, sedulo cum exercentes erga Christianos hospitii gentes, ne videlicet aut expendant injuriis cæci, aut malorum hominum, aut divertere cogantur apud infideles.

SANCTORUM, id est, Christianorum: sic vocabantur, quia per Baptismum sancti erant effecti et Deo consecrati.

NECESSITATIBUS COMMUNICATE; SYR.: *Participes estote indigentibus sanctorum*; quasi diceret: Divites communicent inopiâ pauperum, et pauperes communicent divitum copiæ; sique fiet ut pauperes et beneficiatâ divitum subsistant; divites verò ex pauperum patientiâ accrescant. Non dicit, subvenite, inquit D. Chrys., sed *communicate*; ostendens quod plus accipiant quam præstent, et quod res ita negotiatio est, commutatio siquidem est: tu pecuniam offers, illi fiduciam tibi erga Deum afferunt.

HOSPITALITATEM SECTANTES, id est, si sit advena, hospitalitatem erga ipsum exerceat. Nota: *Sectantes hospitalitatem*, instruens nos ut non expectemus egenos, sed ad ipsos curamus et sectemur; sic Loti, sic Abraham, bonam expectans venationem; videtur D. Chrysostomus.

VERS. 14. — BENEDICITE PERSEQUENTIBUS VOS...; si volis ita sit contrarius ut vos persequatur, ipsi benedite precemini, seu bonum apprecamini et ne male precemini.

VERS. 15. — GAUDERE CUM GAUDENTIBUS...; si sit in lætitiâ, cum ipso gaudeat; si tristetur, et cum ipso tristementi. Charitas reddit omnia communia, prospera et mala.

VERS. 16. — IPSUM INVICEM SENTIENTES, id est, eodem estote animo, seu concordet inter vos estote. NON ALTA SAPIENTES; quasi diceret: Et quia superbia est inimica concordie, ideò non elatè sentiat de vobis, ita ut supra alios eminare velitis.

SED HUMILIBUS CONSENTIENTES, id est, sed ita demissè de vobis ipsis sentite, ut cum pauperibus et infirmis hominibus benigne conveniamini.

NOLITE PRUDENTES ESSE APUD VOSMETIPSOS, quasi diceret: Et quia sapientiæ præsumptio vestre est concordie impediendum, ne nimium vultum prudentiæ et iudicio tribuat, quasi vestra consilia vobis suffi-

VERS. 14. — *Benedicite persecuentibus vos*, hoc est, benè precamini et orate Deum pro iis qui vobis mortem, aut damnâ moliantur inferre, vel etiam inferant; quales potissimum erant persecutores Christiani religiosis.

*Benedicite et nolite maledicere*: benè, inquam, precamini eis, non malè. Ne execramini, et ne imprecamini eis mala, scilicet ex animo vindictæ cupido: nam ex zelo justitiæ mala quandoque impius imprecari sunt sancti, ut Eliseus, Job, et ipse Paulus, Act. 25.

VERS. 15. — *Gaudere cum gaudentibus*, q. d.: Ea sit sympathia inter vos, Christiani, ut fratrum bona vel mala æquè vos ac illos tangant.

*Fieri cum flexibus*, id est, prospera et adversa, vel ut nostra reventent, atque his ut propriis afflicto, lætantes de bonis, dolentes de malis.

VERS. 16. — *Altipsum invicem sentientes*; sitis eodem animo alius erga alium affecti.

*Non alta sapientes, sed humilibus consentientes*; non elatè de vobis ipsis sentientes ut velit supra alios eminare, ut ambiat honoris; sed humilia sapientes, id est, humiliter ac demissè de vobis sentientes.

*Nolite esse prudentes apud vosmetipsos*, id est, vestrâ ipsorum opinionè, in oculis vestris; q. d.: Ne putetis vestra consilia vobis sufficere, quasi aliorum



cliant, et aliorum consilio non egeatis.

VERS. 17. — Nulli malum pro malo reddentes... Si quis vos offendit, ne malum pro malo reddatis.

PROVIDENTES BONA NON TANTUM CORAM DEO... Nec Græcus textus, nec Syriaca versio habent, non tantum coram Deo, sed, vobis curæ sit benefacere coram omnibus hominibus; id est, sed bonum cum tantâ curâ et circumspectione facite, ut non Deo tantum probetur, sed etiam omnibus hominibus; quasi diceret: Sic vivite, ut non Deo tantum, qui cor intuetur, placeatis; sed ut etiam per bona opera externa proximus edificetur. Luceat ergo lux vestra intus per charitatem, exterius, per bona exempla. Interius lucemus cogitatione, affectu, intentione. Exterius habitu, actione, sermone. Vide D. Bernard. apud Cornel. à Lapide.

VERS. 18. — Si fieri potest, quod ex vobis est... quia non semper à nobis pendet pacem habere cum omnibus; idè D. Paulus duas hic ponit clausulas.

SI FIERI POTEST, salvâ scilicet justitiâ et veritate, quod ex vobis est; ne prabeatur à vobis occasio dissensionis, sed è contra studiosè curate quæ pæcis sunt.

VERS. 19. — Non vosmetipsos defendentes; Græc., ulciscentes; Syr., nec ulciscimini. Defendere hic idem ac vindicare, seu ulcisci. Itaque non vosmetipsos vindicatis, sed vobis iram cedite, nec ipsi resistatis jurgando, vel repudiendo; Domini est servos punire, non conservorum, sicut scriptum est Deuter. 32, 15: *Mihi vindicta, supple competi, et ego, ut pote justissimus iudex, retribuam.*

consilio non egeatis, ne nimium vestræ prudentiæ et iudicio tributis.

VERS. 17. — Nulli malum pro malo reddentes. Vindictam prohibet; cuius proprium est, malum pro malo reddere.

Providentes bona non tantum coram Deo, sed etiam coram omnibus hominibus, q. d. : Ita honestè, amicè, justè et sanctè vivite, ut vita vestra et conversatio bona et amicitabilis non tantum Deo sed et hominibus probetur, nec à quoquam jure culpæ possit, sed cæteris in exemplum virtutis luceat et præfulgeat.

VERS. 18. — Si fieri potest, etc., pacem colentes, in pæce viventes, si fieri potest, nempe salvâ justitiâ, pietate ac veritate, et quod ex vobis est, ne videlicet à vobis atque ex vestra parte prabeatur ulla dissensionis occasio.

VERS. 19. — Non vosmetipsos defendentes, charissimi; defendentes, pro vindicantes, ulciscentes, unde et Tertullianus legit: non vosmetipsos ulciscentes.

Sed date locum iræ, id est, sinite ut locum habeat. Da locum iræ, inquit, hoc est, da veniam iræ, iram et injuriam tibi illatam condona.

Scriptum est enim: *Mihi vindicta, ego retribuam, dicit Dominus*: Mihi ultio et retributio, mea est ultio, id est, ad me pertinet, ad me spectat officium ulciscendi injurias, qui sum Iudex omnium hominum.

VERS. 20. — Sed si esurierit inimicus tuus, ciba illum: si siti, potum da illi: Quin tu contra potius, confer in

*Corollarium pietatis, seu in hoc capite ad pietatem maxime notanda, et in praxim accuratius redigenda.*

1º Ipsam nota totius capituli ideam, sub quâ divus Paulus non docet quid Deo, quid proximo et quid no-

Hinc Lutherus et alii quidam hæretici putant ne magistratibus quidem licere vindictam, sed errant, quia magistratûs vindicta est Dei vindicta, ut patet in capite sequenti.

VERS. 20. — Sed si esurierit inimicus tuus... Græc.: Si ergo...; unicus nobis vindictæ locus, seu modus permittitur, scilicet benefacendo; si esurierit... CIBA ET POTA... His duobus notissimis omnium beneficiorum genera significantur.

HOC ENIM FACIENS, CARBONES IGNIS... id est, coarce- vabis ignitis amoris carbones, quibus accendatur cor ejus ad redemandum. Per ignem ergo intelligitur amor; quasi diceret: Tua beneficia erunt quasi carbones ardentes, quibus eum à capite ad pedes circumdabis, ut cor ejus inflammetur. Quidam tamen sic interpretantur, quasi diceret Apostolus: Hoc si feceris, reddes eum graviori pœnâ dignum, nisi respicias; sed primus sensus melior et magis christianus.

VERS. 21. — Noli vinci à malo... id est, noli vinci à malitiâ tui adversarii, ita ut vindictam expectes, sed malitiam ejus tuâ vince beneficentiâ. Sicut in Deo misericordia superexaltat iudicium, seu justitiam superat, sic in christiano bonitas malitiam debet vincere. Quia christianus est charitate filius Dei, id est, filius ipsiusmet charitatis, Deus enim charitas est, hinc Dei debet imitari bonitatem, qui solem suam facit oriri super bonos et malos, omnibusque bene facit.

Ideo toties in hoc capite nobis ira prohibetur et vindicta, unusque nobis conceditur vindictæ modus, bonum pro malo reddere.

eum qui te læserit, beneficia, quibus videris eum indigere.

Hoc enim faciens, carbones ignis congeres super caput ejus. S. Hieronym. et S. Augustin.: Congeres, inquit, super caput inimici (eum cibando) carbones ignis, id est, ignitis, non iræ, sed charitatis et amoris, qui eum inflammant ad redemandum. Nulla maior, ait S. August., est provocatio ad amandum, quam prevenire amando. Nimirum efficacissimum est phylitrum: *Ut ameris, ama*. Si id feceris, tandem ac paulatim accumulatis in eum beneficiis, velut congestis carbonibus, excitabis in eo penitentiae dolorem; simulque eum succedens ad te redemandum, ut jam pro inimico habeas amicum. Solet enim per ignem amor significari.

VERS. 21. — Noli vinci à malo, etc. Noli vinci à malitiâ inimici tui, ut te ipsum ulcisci velis, non expectatâ Dei vindictâ; sed vince ejus malitiam tuâ beneficentiâ. Egregiè verò christiana illa virgo sanctitate illustris apud D. Taulerum moriens, rogata quomodo ad tantam sanctitatem pervenisset? Respondit: Primò, afflictiones meas nulli nisi Deo quæstâ sum. Secundo, erga omnes liberalis fui, saltem animo. Tertio, his à quibus læsa fui beneficium singulare rependi, quod non fecissem, nisi læsa ab eis fuisset. Ecce hæc est voluntas Dei bona, beneplacens et perfecta, quam à versu 2 hinc per singula persequitur, hincque complet et perficit Apostolus.

bis ipsis debeamus; ita ut hoc duodecimum caput sit totius christianæ moralitatis quasi summarium.

*Quid Deo debemus.*

Christianus per infinitam Dei misericordiam in Christi sanguine sanctificatus, Deum perpetuò debet honorare, corpus suum ipsi in baptismo consecratum exhibendo, ut hostiam vivam, sanctam, rationalem, spirituales, seu spiritui, mortificationis cultro submissam. Hujus sacrificii modum et praxim vide in Commentario, v. 1. Mentem suam à seculi cupiditatibus abstractam, de die in diem renovando atque sanctificando per frequentem, et, si fieri potest, continuam ad Deum applicationem, quâ cognoscat et faciat quod Deus vult, quod Deo gratum, quodque gratissimum. Vide in Commentario versum secundum. In suo statu et ordine, juxta Dei voluntatem, permanendo, in eoque, juxta Dei donum sibi collatum, sanctè et modèstè Deo et Ecclesie deserviendo. Vide versus 4, 5, 6, etc.

*Quid proximo debemus.*

Ipsam verè, sincerè, purè diligere; ipsam honore prævenire, ut filium Dei, fratrem nostrum, membrum Christi, commembrum nostrum. Vide versus 9 et 10; ipsi omnia charitatis officia, juxta statum et occasionem, exhibendo. Vide versum 15.

*Quid nobis debemus.*

Animi promptitudinem ad officium, spiritus fervorem et alacritatem, ut qui Deo, Regi regum, et Domino dominantium, servimus; idèque gaudere, sperare, alacriter agere, patienter sustinere, instanter orare. Vide versus 11, 12.

2º Duas circa elemosynam faciendam nota conditiones hic appositas ab Apostolo: *Qui tribuit in simplicitate... Qui miseretur in hilaritate*. Primò debet

### CAPUT XIII.

1. Omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit; non est enim potestas nisi à Deo: quæ autem sunt, à Deo ordinate sunt.

2. Itaque qui resistit potestati, Dei ordinationi resistit; qui autem resistunt, ipsi sibi damnationem acquirunt.

3. Nam principes non sunt timori boni operis, sed mali. Vis autem non timere potestatem? Bonum fac, et habebis laudem ex illâ.

4. Dei enim minister est tibi in bonum. Si autem malum fecerit, time; non enim sine causâ gladium portat; Dei enim minister est: vindex in iram ei qui malum agit.

5. Ideò necessitate subditi estote, non solum propter iram, sed etiam propter conscientiam.

6. Ideò enim et tributa prestatas; ministri enim Dei sunt, in hoc ipsum servientes.

7. Reddite ergo omnibus debita: cui tributum, tributum; cui vectigal, vectigal; cui timorem, timorem; cui honorem, honorem.

8. Nemini quidquam debeatis, nisi ut invicem diligatis. S. XXIV.

elemosyna tribui simpliciter, in paupere tantum considerando quod considerari debet, nimirum quòd est pauper, quòd est Christi membrum, Christumque representat. Non attendatur an sit amicus, utilis, gratus futurus; non etiam inquiratur curiosissimè an bonus sit, an dyscolus, an fictus, etc. Ne scruteris curiosè pauperum vitam atque negotia, ait D. Chrysost.; nam extrema illud insolentiæ est, pro uno pane totam hominis miseriam curiosè inquirere; etiamsi fuerit latro, etc., homicida, etc., etiamsi teipsum interempturus esset, neque sic tamen fame laborantem contemnere deberes, quia discipulus illius es qui in ipsâ cruce dixit pro se crucifigentibus: *Pater, ignosce illis*, etc. Hæc et alia multa vide hom. 21 in hoc cap. 12. Secundo debet hilariter dari. Vide Commentarium vers. 8. Hujus hilaritatis rationes, tum ex parte miseri, tum ex parte miserentis, vide ibidem.

3º Circa christianam vindictam nota quiddam differat seculum à cælo, mundus à Deo. Putant, et falsò putant filii hujus seculi, quòd non ulcisci, sit succumbere; at contra Spiritus Dei docet, quòd ulcisci sit succumbere et vinci. Docet præterea verum et divinum vincendi modum, et omni gloriâ dignum: *Vince in bono*. Christianè ulcisci et vincere, est malitiam bonitate superare; qui enim sic agit, seipsum vincit, de inimico triumphat, quem sibi et Deo reconciliat. Hanc unicam vindictam Deus nobis permittit, imò præcipit. *Ego autem dico vobis: Diligite*, etc.

O Deus bone! da quod jubes, ut sim verè filius tuus, qui totus bonitas et charitas es.

De hoc sancto vincendi modo multa referuntur exempla sacra et profana à Cornel. à Lap. hic. Vide in Comment. versus 17, 19, 20, 21.

### CHAPITRE XIII.

1. Que toute personne soit soumise aux puissances supérieures; car il n'y a point de puissance qui ne vienne de Dieu, et c'est lui qui a établi toutes celles qui sont sur la terre.

2. Celui donc qui résiste aux puissances, résiste à l'ordre de Dieu; et ceux qui y résistent, attirent la condamnation sur eux-mêmes.

3. Car les princes ne sont point à craindre, lorsqu'on ne fait que de bonnes actions, mais lorsqu'on en fait de mauvaises. Voulez-vous donc ne point craindre les puissances? Faites bien; et alors elles vous en loueront.

4. Car le prince est le ministre de Dieu pour votre bien; mais si vous faites le mal, vous avez raison de craindre, parce que ce n'est pas en vain qu'il porte l'épée; car il est le ministre de Dieu pour exécuter sa vengeance, en punissant celui qui fait de mauvaises actions.

5. Il est donc nécessaire de vous y soumettre, non seulement par la crainte du châtiement, mais aussi par un devoir de conscience.

6. C'est aussi pour cela que vous payez le tribut aux princes, parce qu'ils sont les ministres de Dieu, toujours appliqués aux fonctions de leur ministère.

7. Rendez donc à chacun ce qui lui est dû; le tribut à qui vous devez le tribut; les impôts à qui vous devez les impôts; la crainte à qui vous devez la crainte; l'honneur à qui vous devez l'honneur.

8. Acquiescez-vous envers tous de tout ce que vous leur devez, ne demeurant redevables à personne que

(Dix.)



gatis : qui enim diligit proximum, legem implevit.

9. Nam : Non adulterabis : Non occides : Non furaberis : Non falsum testimonium dices : Non concupisces , et si quod est aliud mandatum, in hoc verbo instauratur : Diliges proximum tuum sicut teipsum.

10. Dilectio proximi malum non operatur ; plenitudo ergo legis est dilectio.

11. Et hoc, scientes tempus, quia hora est jam nos de somno surgere ; nunc enim propior est nostra salus, quam cum credidimus.

12. Nox præcessit, dies autem appropinquavit : abijcimus ergo opera tenebrarum, et induamur arma lucis.

13. Sicut in die honestè ambulemus, non in com-messationibus et ebrietatibus, non in cubilibus et impudicitis, non in contentione et emulatione :

14. Sed induimini Dominum Jesum Christum, et carnis curam ne feceritis in desideriis.

## ANALYSIS.

Ab ethica transit Apostolus ad politicam.

Assertit ergo Christianos principibus et omnibus publicè dignitate præditis, obedientiam debere, primò, quia à Deo est instituta potestas, et potestatis ordinata distinctio : secundo, quia ad bonum nostrum instituta et ordinata, ut scilicet improbitate coercita, vitiiis vivant boni ; tertio, quia principes et magistratus sunt in hoc Dei ministri : hinc inferit quòd eis parcendum sit, etiam in conscientia, et eis tributa sit solvenda, à primo

## PARAPHRASIS.

1. Omnis anima Deo fidelis et subdita, principibus et omnibus publicè dignitate præditis etiam subjiciatur, quia scilicet à Deo instituta est publica potestas, et à Deo est ordo, et distinctio potestatis.

2. Proinde, qui legitime potestati, suo munere fungenti, resistit, is Deo ipsi resistit, à quo est ejus auctoritas, ac consequenter penas à Deo met æternas.

3. Ut autem libentius principibus obedias, attende ad quid instituta sit illorum potestas, in honorum scilicet favore, ut, improbitate malorum coercita, vitiiis vivant boni ; vis autem potestatem illorum non tuerere ? age quod bonum est, sique non modo penas non timebis, sed et laudem ab eis assequeris.

4. Princeps enim à Deo institutus est, et sub Deo constitutus, ut tanquam Dei minister, bono præsit publico, idèque et tuo : si verò scelus aliquod commiseris, est quòd timeas ; non enim frustra gladium portat, sed ut malos puniat, siquidem Dei minister est, Deique vices gerit, ad supplicium de sceleratis sumendum.

5. Quapropter principum justis legibus parendum vobis est, non solum ne ab eis puniamini, sed etiam ne coram Deo rei sitis, qui Dei ministro et vicario resistitis.

de l'amour qu'on se doit les uns aux autres ; car celui qui aime son prochain accomplit la loi :

9. Parce que ces commandements de Dieu : Vous ne commetrez point d'adultère : Vous ne tuerez point : Vous ne déroberez point : Vous ne porterez point de faux témoignage : Vous ne désirerez point le bien de votre prochain : et s'il y en a quelque autre semblable, tous ces commandements sont compris en abrégé dans cette parole : Vous aimerez votre prochain comme vous-même.

10. L'amour qu'on a pour son prochain ne souffre point qu'on lui fasse aucun mal, et ainsi l'amour est l'accomplissement de la loi.

11. Acquittions-nous donc de cet amour, et d'autant plus que nous savons que le temps presse, et que l'heure est déjà venue de nous réveiller de notre assoupissement, puisque nous sommes plus proches de notre salut que lorsque nous avons reçu la loi.

12. La nuit est déjà fort avancée ; et le jour s'approche : quittons donc les œuvres de ténèbres, et rebelions-nous des armes de lumière.

13. Marchons avec bienséance et avec honnêteté, comme on doit marcher durant le jour. Ne vous laissez point aller aux débauches ni aux ivrogneries, aux impudicités ni aux dissolutions, aux querelles ni aux envies :

14. Mais revêtez-vous de notre Seigneur Jésus-Christ, et ne prenez pas soin de votre chair jusqu'à contenter ses desirs déréglés.

versus ad septimum.

§ 8. Redi ad charitatem omnibus debitam, de qua capite duodecimo jam multa dixi ; et ad eam omnes accit, asserens quòd est legis plenitudo, v. 9, 10.

Denique v. 11 et sequentibus fideles somnolentos accitit prospectu salutis ; urgetque ut abjiciant tenebrarum operibus, assumant arma lucis, et exiis vitii, induant Dominum Jesum Christum.

6. Propter eandem rationem illis tributa venditis, et pendenda sunt, quia scilicet Dei sunt ministri, illiusque vices gerunt, dum in hoc incumbunt, ut malos coerceant ad honorum tutelam.

7. Unicuique igitur reddite quod ei debetur : tributum, cui debetur tributum ; vectigal, qui vectigal ; reverentiam et honorem, quibus reverentia et honor debentur, et unicuique juxta ordinem suum.

8. Omnibus denique debitis ita satisfacite, ut nihil cuiquam debeatis nisi charitatem et amorem, ejus debitiu ita solvitur, ut semper maneat. Charitatem igitur mutuam amplectamini, et totam legem adimplebitis.

9. Quidquid enim lex præcipit aut vetat circa proximum : v. g., ne quis adulterium committat, ne quis occidat, ne quis furtum faciat, ne falsum testimonium dicat, ne rem proximi concupiscat ; et si quod est aliud præceptum, hoc omne brevi charitatis præcepto summam comprehenditur : Diliges proximum tuum, sicut teipsum.

10. Qui proximum diligit sicut seipsum, nullum illi malum inferit ; omne quod potest bonum procurat ; omnem ergo legem adimplet : charitas ergo legis est totalis observatio.

11. Omnibus, inquam, debita reddite, et nemini quidquam, præter charitatis debitum, debeatis. Et

hoc eò promptius et fidelius agite, quòd scimus urgere tempus : ecce enim hora à somno peccati et torporis expergiscendi, et ab eo statim surgendi, quandoquidem propior est nostra salus, quam cum credere concipimus.

12. Ecce nox hujus vitæ præterit, vitæque properat ad finem ; adest æternitatis dies semper duratura : abijcimus ergo peccata, tenebrarum opera ; et arma lucientia, bona scilicet opera induamur.

13. Et quia dies adest, sicut in clarâ luce, decenter compositi, ambulemus : non luxi indulgentes, in co-

## COMMENTARIA.

VERS. 1.—OMNIS ANIMA POTESTATIBUS SUBLIMIORIBUS. Græc., *supereminentibus*, præcellentibus, superhabentibus ; Syr., *dignitate præditis*, positivè, non comparativè. Quia Deuter. 17, 15, dicitur Judæis ut regem eligant de numero fratrum suorum, hinc externis non parendum inferebant ; et quia se liberos, utpote populum Dei, gloriabantur, hinc publicanos horrebant, tributaque ab imperatoribus imposita, Judæi etiam Christiani solvere repugnabant. Hunc errorem ut corrigat Apostolus, et ne Christiani videantur de sectâ Judæ Galilæi, qui rebellionem in Galilæa excitârat, negans à Judæis tributum esse Cæsari solvendum, Paulus statuit, et contrarium absolutè decernit, dicens : *Omnis anima, id est, omnis homo, quicumque sit, potestatibus supereminentibus*, id est, regibus, magistratibus et omnibus publicè dignitate præditis, SUBDITA SIT, id est, subjiciatur in his quæ ad eorum spectant jurisdictionem.

NON EST ENIM POTESTAS NISI À DEO. Probat quod asseruit, obediendum potestati, ac primò probat ab origine potestatis, seu quia à Deo est instituta potestas, et à Deo est ordo et distinctio potestatis, juxta verba sequentia.

QUE AUTEM SUNT. Græc. : *Quæ autem existentes potestates* ; Syr. : *Et quotquot sunt potestates, à Deo sunt ordinatæ* : id est, non solum potestas in genere, sed et variæ species potestatis, seu gradus superiores et inferiores à Deo sunt ordinatæ.

Potestas ecclesiastica est à Deo immediate : Christus enim D. Petrum et alios apostolos Ecclesie præfecit. Potestas verò secularis, de quâ hic, ut patet ex sequentibus de gladio et de tributis, est à Deo saltem mediâtè, quia natura et ratio, quæ est à Deo, ita dicitur, ut bono potestatis regimine, homines à multis sceleribus coerceant, justitiam et pacem colant, nec sese mutuo devorent ut lupi et pisces.

VERS. 1.—OMNIS ANIMA (omnis homo) potestatibus sublimioribus subdita sit ; puta in temporalibus subdita sit regi et potestati civili, quod propriè hic intendit Apostolus ; per potestatem enim civilem intelligit ; in spiritualibus verò subdita sit prælati, episcopis, pontifici.

Non est enim potestas nisi à Deo. Non tribuimus, inquit S. August., dandi regni atque imperii potestatem nisi Deo vero, qui dat felicitatem in regno cœlorum solis piis, regnum verò terrenum et piis et impiis, sicut ei placet, cui nihil injustè placet.

Quæ autem sunt, à Deo ordinatæ sunt. Quicumque

messationibus, et temulentis compotationibus ; non spurcis libidinibus et lasciviis servientes ; non per contentionem et livorem nutuò certantes.

14. Sed Dominum Jesum Christum, qui per suam gratiam habitat in cordibus vestris, sic exprimit vestris moribus, ut ipse solus, ipseque sobrietas, castitas, et charitas videatur in vobis, sicut in homine vestito sola vestis apparet.

Sicque Christum induiti, corporis quidem necessitati providebitis, at ejus voluptati non favebitis.

Dixi potestatem secularem esse à Deo, saltem mediâtè, tum quia fuit aliquando à Deo immediâtè : Deus enim Saulem Judæis regem dedit ; tum quia providentiâ speciali sæpè attempertat regna subditorum utilitatibus, aut poenis juxta merita. Deus enim, ait Theodorctus, si propior fuerit, dat principes qui justum colunt et observant : *Dabo pastores secundum cor meum*, Jerem. 3. Cum autem vult eos qui peccant castigare, eos etiam à malis principibus regi permittit : *Constituam adolescentulos principes eorum, et illuores dominabuntur eis*, Isai. 3, 4. Ita Theodorctus hinc locum citat, quem nos legitimus : *Dabo pueros principes eorum, et effeminati dominabuntur eis*, Isai. 10.

Nota post D. Chrysostomum et post D. Thomam ; quòd omnis potestas in se considerata à Deo quidem est, et à Deo ordinata ; non tamen omnis ad potestatem ingressus, nec omnis potestatis usus. Licet autem quis suâ abuteretur potestate, dummodo legitime creatus sit, suam habet à Deo potestatem. Vide hæc de re divum Augustinum à Cornelio citatum infra.

VERS. 2.—ITIQUE QUI RESISTIT... Conclusio sequens ex præmissis. In hoc Deus non separatur ab homine, qui vos spernit, me spernit. QUI AUTEM RESISTIT, scilicet potestati, DAMNATIONEM SIBI ACQUIRUNT, æternam à Deo, temporalem à magistratu.

À Deo est potestas : ergo potestati debetur honor, non tantum exterior, sed et interior, ut Dei vicario, seu imagini ; debetur obedientia, non civilis et politica tantum, sed etiam voluntaria et ex corde, per respectum ad Deum. À Deo est ordo, et distinctio potestatis ; ergo non supremæ tantum, sed et subordinatæ parendum est. À Deo sunt principes et superiores, etiam non boni, legitime tamen creati ; ergo et ipsis parendum ; honor ipsis exhibendus ; non attendendum ad illorum personas aut defectus, sed ad potestatem quam habent à Deo.

sunt potestates, id est, quicumque sunt homines potestate præditi, ut principes ac magistratus, si sunt ordinati atque instituti, et, ut Petrus loquitur, missi à Deo, dante potestatem et volente, ut eis tanquam suis in ea potestate vicariis obediant, etc.

VERS. 2.—Itaque qui resistit potestati, Dei ordinationi resistit. Porro resistant potestati, quicumque resistunt, id est, obedire nolunt legi, sive edicto quòd à potestate procedit.

Qui autem resistunt, ipsi sibi damnationem acquirunt, tum ab ipsâ potestate temporariam, tum à Deo æter-



VERS. 5. — NAM PRINCIPES NON SUNT TIMORI BONI OPERIS. Græc. : *Non sunt pavor honorum operum, sed malorum.* Supra, v. 4, ab origine potestatis sumpsit argumentum, quo probaret obedientiæ debitum; hic à fine institutæ potestatis, alterum sumit subjectionis argumentum: nimirum in favorem honorum instituta est potestas, scilicet ut, improbitate coercitâ, tuius vivant boni. Vis autem non timere...? Syr. : *Vis igitur, etc.*; quod bonum est age; non modò pœnas non timebis, imò laudem et præmium ab illâ potestate consequeris.

VERS. 4. — DEI ENIM MINISTER EST TIBI IN BONUM, id est, princeps enim Dei minister est, Deoque subservit in bonum tuum, ut possis tranquillè et quietè vivere.

SI AUTEM MALUM FECERIS, TIME, id est, est quòd timeas.

NON ENIM SINE CAUSA, id est, nec enim frustra gladium portat, sed ut eum in malefactores stringat.

DEI ENIM MINISTER EST. Syr. : *Siquidem minister Dei est; ultor iræ iis qui malè agunt, id est, siquidem Dei minister est, ejusque vices gerens, ad supplicium de sceleratis sumendum.* Sub nomine gladii comprehenduntur omnia genera suppliciorum. Meminerit princeps, omnique potestas, se Dei vicarium et ministrum, et consequenter quòd secundum Dei spiritum et voluntatem debet in omnibus agere sapienter, justè, cum amore subditos regere. Meminerit eadem potestas se in bonum esse Dei ministrum, et consequenter se contra malum, non contra bonum, potestatem habere; se, ut æquos iudices, virtutem præmiari, vitia punire debere. Meminerit inferior se Deo in suo ministro parere, et consequenter obedientiam christiano, Dei filio, non indignam, imò convenientissimam esse. Meminerit idem inferior quòd si à potestate non remuneretur, sed contra vituperetur et puniatur, hoc quidem contra Dei ordinem esse; non tamen sine Dei voluntate; Dei voluntas est ut patienter ferat inferior, et eò majorem à Deo speret in cœlis mercedem: *Merges vestra magna est in cœlis.* Sicut sterilitas, imbres et cætera natura mala, ita luxur, avaritia, cæteraque dominantium vitia sunt toleranda.

nam in inferno. Ita S. Chrysost., Theophyl., (Œcumenius.

VERS. 5. — *Nam principes non sunt timori boni operis, sed mali; non intuentur pœnas et supplicia bonis, sed malis.*

*Vis autem non timere potestatem? Bonum fac, et habebis laudem ex illâ; tum quia puniit malorum, quam fecit magistratus, laus est honorum; tum quia idem magistratus bonos laudat et præmiat.*

VERS. 4. — *Dei enim minister est tibi in bonum, in bonum tuum, scilicet, ut et justè ac tranquillè vivas: imò laudem etiam ac præmia consequaris, si non ab hominibus, certè à Deo, ejus ille minister est.*

*Si autem malum feceris, time; si verò quid mali commiseris, ut furtum, adulterium, homicidium, est quòd timeas.*

*Non enim sine causâ gladium portat, Græcè frustra. Princeps sive potestas non frustra gladium gestat; sed ut eo utatur, ut eum stringat in malefactores.*

*Dei enim minister est: vindex in iram et qui malum*

VERS. 5. — IDEO NECESSITATE ESTOTE SUBDITI...; Syr. : *Quantomore necesse est nobis ut subijciamur.* Ex dictis concludit: idèò parendum est illorum edictis et legibus, idque necessariò, necessitate tum legis divinæ, Matth. 22, 21: *Reddite Cæsari quæ sunt Cæsaris;* tum legis humanæ, idem præcipiens; non solum propter iram, id est, metum punitionis, à magistratu subeunde; sed etiam propter conscientiam, id est, ne fias coram Deo reus, cujus minister est magistratus;

VERS. 6. — IDEO ENIM ET TRIBUTA PRÆSTATIS... Græc. : *Propter hoc enim et tributa solvitis;* id est, propter eandem rationem tributa solvitis, non tantum ex metu, sed quia etiam Christus illud citat Math. loco præcipit, quia DEI SUNT MINISTRI, in hocque tibi incumbunt ut, Dei jure, malos coercerent, et tibi tranquillè vivant. Loquitur hic Apostolus de principibus, ut principes sunt, non de iis qui suæ potestatis usum pervertant.

VERS. 7. — REDDITE ERGO OMNIBUS DEBITA... Ex hucusque dictis generalem elicit conclusionem: *Reddite ergo omnibus, seu unicuique, quod ei debetur: exactoribus tributi, tributum, exactoribus vectigalis, vectigal, principibus reverentiam et obedientiam, omnibus honorem.* Non regibus tantum, sed et regum ministris suis debetur honor in ordine suo.

*Tributum est quod solvitur pro prædiis, et personis; vectigal, quod pro mercibus.* Nomine timoris intelligit sollicitam cautionem, ne à nobis in quompiam offendatur. Nomine honoris, omnia reverentiæ signa.

PRIMA OBSERVATIO MORALIS.

EX V. 5 DISCANT INFERIORES SUBDI NON POLITICÈ, EX META PŒNÆ, AUT SPE PRÆMIÏ, SED RELIGIOSÈ PROPTER DEUM; aspiciant principes et rectores suos, ut Dei ministros, sub illoque respectu ipsos honorent, eisque obediant; tunc Deum honorant et Deo obediunt. Ex v. 6 discant illis, eodem modo, tributa solvere, nempe ut Dei ministris, Deoque servientibus in re magnâ, et ipsi Ecclesie utilii; nimirum assidui sunt, ut Dei vice malos puniant, ad innocentium tutelam. D. Thomas infert hinc subditos teneri ex vi justitiæ ad solvenda principibus tributa, utpote stipendia sui ministerii. Unusquisque de suo ministerio vivere debet; cum ergo

agit: Ad hoc enim instituta est potestas secularis, ut et pacem publicam conservet, et vitæ communis honestatem teneat.

VERS. 5. — *Ideo necesse est subditi estote,* id est, legibus et edictis ejus obtemperate: oportet, inquam, necesse est præcepti.

*Non solum propter iram, sed etiam propter conscientiam, ne scilicet ea fiat re inobedientiæ coram Deo: Dei enim minister est magistratus.*

VERS. 6. — *Ideo enim et tributa præstatis;* nam solutio tributorum subjectionis est professio.

*Ministri enim Dei sunt, in hoc ipsum servientes; tibi scilicet in hoc ipsum incumbentes, ut Dei loco boni sint in tutelam, malis in obsequium.*

VERS. 7. — *Reddite ergo omnibus debita: cui tributum (debetis) tributum (reddite); cui vectigal (debetis) vectigal (reddite).* Latine, *reddite*, à vehendo dicitur: quia solvitur ex his que advehuntur, vel vehuntur, ad securitatem et restaurationem viarum, pontium, aggerum, etc.

principes suo regimine Deo ministrent, à populo debent tributa, quasi stipendia, suscipere. Hinc et D. Chrys. notat quòd D. Paulus non dicit, date, sed reddite, et adjicit, quòd debetur. Debitum siquidem res est ista, quòd si non feceris, perflid pœnas dabis. Verba sunt D. Chrysost.

SECUNDA OBSERVATIO MORALIS.

Hinc discant et principes quantum religioni debeant, quæ ipsis non corpora tantum, sed et corda subdit inferiorum. Discant et quòd tributis, quasi stipendiis alantur, ut republice serviant, illiusque utilitati toti incumbant, *προνοησατωσαν*, forlitter incumbentes, in Græco. Ex D. Thomâ peccant principes dupliciter, 1<sup>o</sup> si utilitatem populi non procurant, sed solum ad eorum bona diripienda intendunt; 2<sup>o</sup> si violentè diripiunt supra statutam legem, quæ est quasi quoddam pactum inter regem et populum, et si supra populi facultatem exigunt.

VERS. 8. — *Nemini quidquam debeatis nisi...* Græc., *diligere alii alios;* Syr., *nisi alter alterum diligit.* Ab iis que principibus debentur, reddit ad ea que sunt omnibus debita, eaque ad charitatem reduci, de quâ jam multa in cap. præc. Itaque rursùm urget dilectionem proximi, cujus debitum est perpetuum, et per quam tota lex impletur. *Nemini quidquam debeatis...*, id est, omnibus debitis ita satisfacite, ut nihil cuiquam debeatis, nisi charitatem et amorem. Hoc autem egregiè dicitur, quia cætera debita solvuntur, et amplius non manent debita; charitatis verò debitum semper solvitur et manet, quia, cum proximus sit semper diligendus, postquam hoc illi debitum persolvisti, adhuc debes; perpetuum est, semper solubile et semper insolubile debitum. Hinc D. Aug. : *Mutuum charitatem libens reddo, et gaudens recipio; quam recipio, adhuc repeto; quam reddo, adhuc debeo.* Epist. 62 ad Coelestin.

*QUI ENIM DILIGIT, LEGEM IMPLEVIT,* id est, omnia præcepta, quæ proximum spectant.

VERS. 9. — *Nam non adulterabis...* Syr. : *Etenim id quòd dictum est: Non occides.... Et si quòd est aliud mandatum, id est, quodcumque est aliud præceptum. In hoc verbo, instaturatur.* Græc., *recapitulatur;* Syr., *perficitur,* id est, summam comprehendit.

*Cui timorem (debetis), illi reddite timorem,* id est, reverentiam, et inde consequentem obedientiam. Ita S. Chrysostomus.

VERS. 8. — *Nemini quidquam debeatis, nisi ut invicem diligatis:* Reddite cuique quòd debetis, sic ut non amplius debeatis, uno debito charitatis excepto.

*Qui enim diligit proximum, legem implevit.* Legem, scilicet eam que proximum spectat, quam subdit Apostolus, dicens : *Diligis proximum tuum sicut teipsum.*

VERS. 9. — *Nam: Non adulterabis, etc., quia dilectio proximi includit et præsupponit dilectionem Dei, ut sui causam et fontem.* Proximum enim diligendum est propter Deum.

VERS. 10. — *Dilectio proximi malum non operatur,* id est, non incitat ad malum aliquid inferendum proximo: imò nec patitur et malum inferri: sed ubi potest, procurat et bona sicut sibi ipsi.

*Plenitudo ergo legis est dilectio.* Plenitudo, hoc est, consummatio, adimplectio, id est, finis et scopus legis

datur. Diliges proximum tuum, sicut teipsum. Sicut non significat æqualitatem dilectionis; ordine enim charitatis plus debet homo seipsum diligere quam proximum; significat ergo similitudinem et hanc triplicem, ait D. Thomas: 1<sup>o</sup> Quantum ad finem, ut nos et proximum diligamus, propter Deum; 2<sup>o</sup> quantum ad formam, ut cum sincero amore amicitiam, non concupiscentiæ diligas; 3<sup>o</sup> quantum ad effectum, ut illius necessitati subvenias, sicut et tuæ. Uno verbo debes ex charitate proximo exhibere ea charitatis officia, et eo modo, quæ et quomodò tu tibi exhibes et cupis exhiberi.

VERS. 10. — *Dilectio proximi malum non operatur,* id est, nec malum infert, nec inferri patitur; sed ubi potest, eadem illi ac sibi bona procurat. Est ergo legis consummatio, ac totalis observatio. Abstinet à malo; omne bonum efficit, vel imperat; est ergo legis plenitudo. Definitio brevis et vera virtutis est ordo amoris, ait D. Aug., lib. 15 de Civ., cap. 22. Semel breve præceptum tibi præcipitur: Dilige, et fac quòd vis; sive taceas, dilectione taceas; sive clames, dilectione clames; sive emendes, dilectione emendes; sive parcas, dilectione parcas: radix sit intus dilectionis, non potest de istâ radice, nisi bonum transire, D. Aug., lib. 1 de Doctr. christ., cap. 22.

VERS. 11. — *Et hoc, scientes tempus; hoc, non referunt ad tempus, ut patet ex Græco, ubi non conveniunt in genere; sed referunt ad id quòd dictum est v. 7: Reddite omnibus debita; et v. 8: Nemini quidquam debeatis.* Quasi diceret, et hoc, quòd dixi, eò promptius agere debemus, quòd sciamus tempus et horam esse experientiam à somno peccati, et ab eo surgendi per penitentiam: PROPRIUM ENIM EST... quam cum credere coepimus. Videtur Apostolus à re bellicâ similitudinem sumere. Militia est vita nostra, idèò nos paratos et expeditos oportet esse, ita ut dicere possimus: *Paratum cor meum, Deus, paratum: cor meum.* Hinc nos, negligentia somno dormientes, Apostolus, quasi buccinarum sonitu, excitat; HORA EST NOS... hoc est, ut ait D. Chrys., prope est resurrectio; prope est terribile iudicium; prope est dies illa, velut ciliabans accensa: ne dormiamus, ne pigrescimus, sed vigilemus, ne nos dies illa incautos subripiat.

*est dilectio; quia tota lex intendit nos ducere ad charitatem.*

VERS. 11. — *Et hoc (scilicet, quòd jam dixi, præstemus) scientes tempus: quia hora est jam nos de somno surgere.* Et hoc, id est, idque cum sciamus tempus, id est, opportunitatem, quam offert Evangelium, scilicet ad diligendum proximos, ad reddendum omnibus debita; ad implendam totam legem, jam adesse: et quia jam tempus est et hora de somno peccatorum surgendi. En tempus et opportunitas, scilicet hora dei, gratiæ, fidei, et legis Christi jam adest, quò sol ipse Christus radios et lumen fidei per orbem spargere incipit, tenebris errorum expulsis.

*Nunc enim prorip est nostra salus, quàm cum credidimus, id est, quàm fuerit ante Christi adventum; cum solâ fide absentem Christum, et gratiam ac salutem futuram crederemus et speramus.* Alter S. Chrysostomus, q. d. Paulus: Quò magis elate, equè ac fide et meritis crescimus, eò propius fini et bea-



VERS. 12. — *Nox præcessit...*; *Syr.*: *jam nox præterit*; dies verò...; totam hujus vite tempus nox est; æternitas dici comparatur. *Igitur nox præcessit, præterit*, id est, ad finem prope rat vita; mundus transit et concupiscentia ejus; *dies autem appropinquavit*, id est, adest æternitas semper duratura; *abiciamus ergo opera tenebrarum*, id est, peccata; mundana, transitoria et ferè transita, seu præterita contemnamus, reliquamus.

*Indeamur arma lucis*, id est, arma fulgentia, bona et sancta opera, quæ sunt et indumenta quibus tegimur; et arma quibus protegimur contra nostre salutis hostes. *Æterna*, semper manentia diligamus, sectemur. Vel etiam potest dici cum Theodoro: Quòd totum tempus quod Incarnationem præcessit, nox fuit; tempus ignorantie fuit; tempus verò ab Incarnatione, dies est; ortus est sol justitiæ. Hinc fideles hortatur Apostolus ad opera lucis, ad vitam evangelicam, seu, ut ait in cap. 12, v. 2: *Reformamini in novitate sensus*.

VERS. 13. — *Sicut in die honestè ambulemus...*, id est, et quia dies est, ut dixi, sive intelligas, quia ortus est sol justitiæ, sive quia æternitatis dies appropinquat. *Ambulemus* decenter compositi, sicut faciunt illi qui in publicum prodeunt, id est, opera faciamus quæ lucem non reformident.

*Non in conversationibus et ebrietatibus...* Tria præcipue fugiamus opera tenebrarum, scilicet conversationes et comotationes, id est, epulas, quæ fiant tantum voluptatis et gulæ causâ; unde ebrietatis sunt

titudini æternæ accedimus nunc, quam cum credere incipimus.

VERS. 12. — *Nox præcessit*. Nox hujus sæculi plena tenebris errorum et peccatorum longè jam progressa est, ad finem prope rat, ac ferè jam præterit.

*Dies autem appropinquavit*, id est, tempus expectate salutis et gloriæ, quod est perpetua dies sine nocte, expers errorum et peccatorum, jam prope accessit, propinquum est, instat, non longè abest.

*Abiciamus ergo opera tenebrarum, et induamur arma lucis*. Abicienda sunt nobis opera noctis et tenebrarum, id est, peccata quæ lucem fugiunt, quæ quæ malè agunt, odit lucem, Joan. 3; et assumenda sunt arma lucis, id est, bona opera, quæ clarâ die sine pudore possunt ostendi.

VERS. 13. — *Sicut in die honestè ambulemus*, quoniam dies jam affulget, quæ luce sua omnia detegit: honestè, compositè, decenter ambulandum, conversandum nobis est.

*Non in conversationibus et ebrietatibus*. Conversationes sunt convivia, quæ non honestatis, sed gulæ causâ fiunt.

*Non in cubilibus et impudicitibus*, hoc est, non in fornicationibus, quæ fiunt in cubilibus et fornicibus. Est metonymia. *Et impudicitibus*, id est, aliis fornicioribus speciebus libidinis; Græcè enim est *lascivia*, id est pollutantur libido.

*Corollarium pietatis, seu in hoc capite ad pietatem maximè notanda, et ad praxim reducenda.*

1<sup>o</sup> Ex primis versibus disco christianum modum reges, principes, magistratus, quemcumque publicâ auctoritate præditum honorandi. Attende à quo sit illorum potestas, ob quid; et ideò quid sint per respectum ad Deum. Princeps, rex à Deo institutus, sub

mentem alienant, et ad libidinem et alia vita provocant; libidinum spurcitas, quæ in cubilibus fiunt, et alias quascumque lascivias; invidias atque contentiones pro honoribus assequendis. Græcè, *non in fite et amulatione*. Hic præcipue tria vitiorum capita tanguntur fugienda: gula, libido, ambitio. Primum abicitur bonis externis; secundum bonis corporis; tertium anime bonis. Ex ebrietate et impudicitia quæ mala sequantur, vide apud D. Chrysostomum, hic.

VERS. 14. — *Sed induimini Dominum Jesum Christum*. Hæc metaphorâ frequenter utitur Apostolus, Gal. 8; Eph. 4, 6; Coloss. 3, et 1 Thessal. 5. Sed ipsum Dominum Jesum Christum, omnesque ejus virtutes in animo vestro sic imprimite, eumque sic imitami moribus vestris, ut solus in vobis videatur Christus, sicut in homine vestito, sola vestis appareat. Seu Christi Spiritus et gratia vos intus ita repleat, ut ejus virtutes, quasi habitus, vos externis cooperiant; et videamini ipse Christus esse.

*Et ne carnis curam...*; *Syr.*: *Et ne solliciti sitis carnis vestræ ad concupiscentias*; Græcè, *in desideriis*, id est, ne corpori vestro prospiciatis mollior et delicata, ad explenda, scilicet, illius desideria et voluptates. Quasi diceret, Christum induti, carni seu corpori providete tantum ad sanitatem, non ad luxum et voluptatem; sed totam vestram diligentiam ad spiritualia curanda insumite. Ita ferè D. Chrysostomus. Non prohibet Paulus quominus corpori provideatur ad sanitatem, sed ne indulgeatur ad voluptatem; sic alienum est ut vivat et valeat; non ut lasciviat.

*Non in contentione, et amulatione*. Contentio est concertatio pro gloriâ et honore, cui semper conjuncta est amulatio, id est, invidia boni alieni.

VERS. 14. — *Sed induimini Dominum Jesum Christum*, ut scilicet Jesus, id est, Jesu spiritus, gratia, virtus, vita in vobis eleveant. Induimini ergo et ornate vos Christi virtutibus: maximè ut externâ vitæ et professione, quasi veste agnoscat omnes vos esse servos Christi; ita S. Chrysost. Christum induere, est Christi virtutes in se exprimere. idque copiosè et perfectè. Induere Christum, est undique in nobis per sanctimoniam et mansuetudinem Christum in nobis concipere esse. Homo enim indutus id esse videtur, quod indutus est: appareat itaque in nobis Christus, ait Chrysostomus.

*Et carnis curam ne feceritis in desideriis*, ad explenda desideria, seu cupiditates. Non simpliciter prohibet curam seu providentiam carnis, id est, corporis, cum ipse alibi dicat: *Nemo carnem suam unquam odio habuit, sed nutrit et fovet eam*, Ephes. 3; verum prohibet, ne carnis curam agamus in desideriis, id est, ad satisfaciendum concupiscentiis et voluptatibus carnis. Quod faciunt qui prætextu curandi corporis delicatias et voluptates sibi indulgent.

Deò constitutus, omnibus major, solo Deo minor, ait Tertullianus, Dei vicarius et minister, ut homo præsit publico. Hinc ipsi debetur honor, reverentia, obedientia; et qui sub hoc respectu regem honorat, Deum honorat; qui verò spernit, spernit et Deum, itaque

simil humane et divine majestatis reus. Vide versus 1, 2, 3, 4, 5, 6.

2<sup>o</sup> Ex v. 8 disco charitatis debimur; perpetuum est et semper solubile; semper solvitur, et semper debetur; in quo differt à ceteris omnibus debitis. Attende itaque ad perpetuò solvendum, quod perpetuò debes: solve autem libenter quod te solventem ditabit, et eò amplius ditabit, quò promptius, largius et liberalitè solveris.

Hæc virtus omnes virtutes includit, omnia vita destruit; ex uno latere habet abstinenciam à malo, ait D. Chrysostomus: malum enim non operatur; ex altero habet efficacem honorum operationem: *plentudo*, seu consummatio, *legis dilectio*.

3<sup>o</sup> Ex v. 12, in peccatis dormias unquam, aut in vita salutis torpescas, recordare frequenter horum Apostoli verborum: *Hora est jam nos de somno surgere*. Ecco clabitur vita, mors instat, adest æternitas.

#### CAPUT XIV.

1. Infirmum autem in fide assumite, non in disceptationibus cogitationum.

2. Tu quis es, qui judicas alienum servum? Domino infirmus est, olus manducet.

3. Is qui manducet non manducantem non spernat: et qui non manducet manducantem non judicat. Deus enim illum assumpsit.

4. Tu quis es, qui judicas alienum servum? Domino suo stat, aut cadit: stabit autem; potens est enim Deus statuere illum.

5. Nam alius judicat diem inter diem; alius autem judicat omnem diem; unusquisque in suo sensu abundet.

6. Qui sapit diem, Domino sapit; et qui manducat, Domino manducet: gratias enim agit Deo; et qui non manducet, Domino non manducet, et gratias agit Deo.

7. Nemo enim nostrum sibi vivit, et nemo sibi moritur.

8. Sive enim vivimus, Domino vivimus; sive morimur, Domino morimur. Sive ergo vivimus, sive morimur, Domini sumus.

9. In hoc enim Christus mortuus est et resurrexit, ut et mortuorum et vivorum dominetur.

10. Tu autem quid judicas fratrem tuum? aut tu quare spernis fratrem tuum? Omnes enim stabimus ante tribunal Christi.

11. Scriptum est enim: Vivo ego, dicit Dominus, quoniam mihi flectetur omne genu; et omnis lingua confitebitur Deo.

12. Itaque unusquisque nostrum pro se rationem reddet Deo.

13. Non ergo amplius invicem judicemus; sed hoc judicate magis, ne ponatis offendiculum fratri, vel scandalum.

14. Scio, et confido in Domino Jesu, quia nihil commune per ipsum, nisi et qui existimat quid commune esse, illi commune est.

15. Si enim propter cibum frater tuus contristatur,

adest terribile judicium, æternitatis decisivum. fisdem utere verbis, ut ad bonum lucis, seu gratiæ usum, temetipsum excites. *Nox præcessit*; tempus ignorantie, tenebrarum, idololatriæ elapsus est. Ortus est sol justitiæ, ambulamus in die; ergo sicut in die, in mediâ luce honestè, sanctè vivamus coram Deo et hominibus.

*Adhuc modicum lumen...* Illo sanctè utamur, ad benè operandum; ecce nox in quâ non potero operari.

4<sup>o</sup> Ex v. 14 disco quid sit christianus ex D. Paulo: homo Christum indutus; intus Christi gratiâ et spiritu animatus; externis Christi virtutibus, sobrietate, castitate, humilitate, patientiâ, charitate indutus; homo in quo solus appareat Christus; homo qui dicere possit: *Vivo ego, jam non ego, vivit verò in me Christus*.

Eheu! quando christianus ero? Christianus quasi alter Christus, et ego Christo rebellis.

#### CHAPITRE XIV.

1. Recevez avec charité celui qui est encore faible dans la foi, sans en venir avec lui à des contestations;

2. Car l'un croit qu'il lui est permis de manger de toutes choses; et l'autre, au contraire, qui est faible, ne mange que des légumes.

3. Que celui qui mange de tout, ne méprise pas celui qui n'ose manger de tout, et que celui qui ne mange pas de tout, ne condamne point celui qui mange de tout, puisque Dieu l'a reçu.

4. Qui êtes-vous, pour oser ainsi condamner le serviteur d'autrui? S'il tombe ou s'il demeure ferme, cela regarde son maître; mais le demeurera ferme, parce que Dieu est tout-puissant pour l'affermir.

5. De même, l'un met de la différence entre les jours; l'autre considère tous les jours comme égaux; que chacun abonde en son sens.

6. Celui qui distingue les jours, les distingue pour plaire au Seigneur; celui qui mange de tout, le fait pour plaire au Seigneur, car il rend grâces à Dieu; et celui qui ne mange pas de tout, le fait aussi pour plaire au Seigneur, et il rend aussi grâces à Dieu.

7. Car aucun de nous ne vit pour soi-même, et aucun de nous ne meurt pour soi-même.

8. Mais soit que nous vivions, c'est pour le Seigneur que nous vivons; soit que nous mourions, c'est pour le Seigneur que nous mourons. Soit donc que nous vivions, soit que nous mourions, nous sommes tous jours au Seigneur.

9. Car c'est pour cela même que Jésus-Christ est mort, et qu'il est ressuscité, afin d'acquiescer une domination souveraine sur les morts et sur les vivants.

10. Vous donc pourquoy condamnez-vous votre frère? ou vous, pourquoy méprisez-vous votre frère? Car nous comparerons tous devant le tribunal de Jésus-Christ.

11. Selon cette parole de l'Écriture: Je jure par moi-même, dit le Seigneur, que tout genou fléchira devant moi, et que toute langue confessera que je suis Dieu.

12. Ainsi chacun de nous rendra compte à Dieu de soi-même.

13. Ne nous jugeons donc plus les uns les autres; mais jugez plutôt que vous ne devez pas donner à votre frère une occasion de chute et de scandale.

14. Je sais, et je suis persuadé, selon la doctrine du Seigneur Jésus, que rien n'est impur de soi-même, et qu'il n'est impur qu'à celui qui le croit impur.

15. Si, en mangeant de quelque chose, vous attris-